



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Annalium Paderbornensium Pars ...**

Complectens Inprimis Fusiorem Episcoporum Paderbornensium, Deinde  
Succinctiorem Historiam Reliquorum Per Westphaliam ...

Ab Anno Christi 1228 Usque Ad Annum 1500

**Schaten, Nicolas**

**Monasterii Westphalorum, 1775**

Liber XIV. [1361 - 1394]

**urn:nbn:de:hbz:466:1-7971**



ANNALIUM  
PADERBORNENSIIUM

LIBER XIV.

HENRICUS  
SPEGELIUS  
XXX.

SIMON  
STERNEBURGIUS COMES  
XXXI.

RUPERTUS  
JULIÆ, & MONTIUM DUX  
XXXII.

EPISCOP. PADERBORN.

HEN-

Mortuo  
Balduino  
in Episco  
patu Pad.  
succedit  
Henricus  
Spegelius;  
ejus famili  
& dotes.

Gobelin.  
atq. 6. c. 72  
Crantz. 1. 9.  
Metrop.  
t. 44.  
Brufch. in  
casal. Episc  
Kerfendor.  
Clainfarg.



## HENRICUS SPEGELIUS

XXX.

EPISCOPUS PADERBORN.

Annus Christi 1361.

Innocentii VI. Pont. 9. Caroli IV. Reg. 16. Imp. 7.  
Henrici Spegelii Ep. Pad. I.

Mortuo  
Balduino  
in Episco-  
pato Pad.  
succedit  
Henricus  
Spegelii;  
ejus familia  
& dotes.

Mortuo Balduino Episcopo Paderbornensi, pleno certoque jure successit Henricus Spegelii, Corbeiensis Abbas. Nam is postquam anno superiore adjutor delectus erat, haud multo post Balduinus etiam se Episcopatu abdicavit, & Spegelium Abbatem cum consensu Canonicorum majoris Ecclesiae Episcopum renunciavit; idque ut a Sedis Apostolicae auctoritate probaretur, scriptum ad Innocentium Pontificem; a quo XVI Martii, antequam Balduinus ultimo Martii excederet, literae impetratae, quibus electio Spegelii Abbatis confirmata fuit.

Gobelin.  
an. 6. c. 72  
Grantz. 1. 9.  
Metrop.  
c. 44.  
Brusch. in  
causal. Episc.  
Kerfener.  
Cleinberg.

Erat autem Spegelii ex vetusta Spegeliorum Dynastiarum familia, eaque stirpe, quae Defenbergiorum appellatur a Monte Defenberg, Caroli M. expugnatione claro. Celebris per id tempus Conradus Spegelii Defenbergius, qui ausus est cum Hatzfeldiis bello Hermannum Hassiae Landgravium aggredi, exitu licet improspere; fufus enim a Landgravio captusque Defenbergae castrum a Landgravio praemunitum, magno dicecesis Paderbornensis damno. Ceterum Henricus praeful ingenio acri & militari, ut Gobelinus noster scribit, severus, veri justitiaeque amans, ac multis praeterea virtutibus, quas ex testimonio Cleri & Pontificis literis mox recitabimus, exornatus. Quamquam militia, quod haec aetas in clericis laudabat, quam sacra toga celebrior: &, quod a Monacho non exspectares, manu ad arma quam ad sacra promptior; sed, quod simul commendes, felici in omnibus successu, manisque rebus tractandis ac moderandis; ob singularem

prudentiam & acrimoniam, a Colonienfi Archiepiscopo admotus.

Posteaquam igitur Spegelii Abbas a Balduino Episcopo & Collegio majoris Ecclesiae, ex virtutum commendatione, petitus fuit Episcopus, Innocentius Pontifex, rescriptis ad Balduinum & Canonicos literis, Spegelii electionem ratam habuit. Quae literae cum interciderint, recitabimus Pontificis literas ejusdem argumenti, ut moris erat, ad vasallos, dicecesis nostrae datas, quae sic habent.

Literae Innocentii Pont. ad subditos Ecclesiae Paderb. quibus jubet Henricum Episcopum ab omni bus recipi, & debito honore coli

*Innocentius Episcopus Servus servorum Dei, Dilectis filiis, universis vasallis Ecclesiae Paderburnensis salutem & Apostolicam benedictionem. Romani Pontificis, quem Pastor ille caelestis & Episcopus animarum potestatis sibi plenitudine tradita Ecclesiae praetulit universis, plena vigiliis sollicitudo requirit, ut ipse circa cujuslibet statum Ecclesiae sic vigilanter excogitet, sic prospiciat diligenter, ut per ejus providentiam circumspectam Ecclesiae singulis Pastores accedant idonei, & rectores providi deputentur, per quos Ecclesiae ipsae, superni favoris auxilio suffragante, votivae prosperitatis gratulentur successibus. Dudum siquidem provisiones omnium Ecclesiarum Cathedralium tunc apud Sedem Apostolicam vacantium, & imposterum vacaturarum apud eam ordinationi nostrae duximus reservandas, decernentes ex tunc irritum & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Postmodum vero Ecclesia Paderburnensis ex eo vacante, quod venerabilis frater noster Balduinus Episcopus tunc Paderburnensis certis ex cau-*

sis



sis legitimis regimini ejusdem Ecclesie, cui tunc praeerat, per dilectum filium Theodoricum de Groulo Decanum Ecclesie Orientalis Paderburnensis procuratorem suum, ad hoc ab ipso specialiter & legitime constitutum, in manibus Dilecti filii nostri Raymundi t. sanctae crucis in Jerusalem presbyteri Cardinalis apud sedem praedictam sponte cessit; Idemque Cardinalis de mandato nostro sibi super hoc oraculo viva vocis facto hujusmodi cessionem apud sedem eandem admisit. Nos ad provisionem ipsius Ecclesie Paderburnensis celerem & felicem, de qua nullus praeter nos ea vice disponere potuerat, neque poterat, reservatione & decreto obsistentibus supra dictis, ne ipsa Ecclesia Paderburnensis longae vacationis subjaceret incommodis, paternis & sollicitis studiis intendentes, post deliberationem, quam de praeficiendo eidem Ecclesie Paderburnensis personam utilem & etiam fructuosam, habuimus cum fratribus nostris diligentem, demum ad dilectum filium Henricum electum Paderburnensem, tunc Abbatem Monasterii Corbeiensis Ordinis sancti Benedicti Paderburnensis diocesis cui de religionis zelo, vitae ac morum honestate, spiritualium prudentia, & temporalium providentia, aliisque multiplicium virtutum meritis apud nos fide digna testimonia perhibentur, direximus oculos nostrae mentis, quibus omnibus attenta meditatione pensatis, de persona dicti Henrici, praedictae Ecclesie Paderbornensis de dictorum fratrum nostrorum consilio auctoritate Apostolica duximus providendum, eumque illi praefecimus Episcopum & Pastorem, curam & administrationem ipsius Ecclesie Paderburnensis sibi in spiritualibus & temporalibus plenarie committendo, in illo, qui dat gratias & largitur praemia, confidentes, quod praefata Ecclesia Paderburnensis per ipsius electi circumspeditionis industriam & providentiam circumspectam sub suo felici regimine gratia sibi assistente divina grata suscipiat incrementa. Quocirca universitati vestrae per Apostolica scripta mandamus, quatenus eundem electum debita honorificentia prosequentes, & fidelitatem solitam, nec non consueta servitia & jura a vobis debita, exhibere integre studeatis; alioquin sententiam seu poenam, quam idem electus rite tulerit in rebelles, ratam habebimus, & faciemus auctore

Domino usque ad satisfactionem conditionem inviolabiliter observari, Datum Avenione, XVI. Calend. Aprilis, Pontificatus nostri anno nono.

Scriptis & in hunc modum Pontifex ad Magistratum & cives Paderbornenses, quas literas his verbis claudit.

Quocirca universitatem vestram rogamus, & hortamur attente, per Apostolica vobis scripta mandantes, quatenus praefatum electum tanquam patrem & pastorem animarum vestrarum devote recipientes, ac honorifice prosequentes, ejus salutaribus monitis & mandatis humiliter intendatis: ita quod ipse in vobis devotionis filios, & vos subsequenter in eo patrem invenisse benevolunt gaudeatis. Datum Avenione XVI. Calend. Aprilis Pontificatus nostri anno nono.

His ita constitutis, Spegelius in hanc formam Pontifici juramentum dixit.

Ego Henricus Episcopus Paderburnensis ab hac hora in antea fidelis & obediens ero Beato Petro, sanctaeque Apostolicae Ecclesiae Romanae, & Domino meo, Domino Innocentio Papa VI, suisque successoribus Canonice intrantibus: non ero in consilio, aut consensu, vel facto, ut vitam perdant, aut membrum, seu capiantur mala captione, consilium vero, quod mihi credituri sunt per se aut nuntium vel litteras, ad eorum damnum me sciente nemini pandam. Papatum Romanum, & Regalia sancti Petri, adjutor eis ero ad retinendum & defendendum, salvo meo ordine, contra omnem hominem. Legatum Sedis Apostolicae in eundo & redeundo honorifice tractabo, & in suis recessitatibus adjuvabo. Vocatus ad synodum veniam, nisi impeditus fuero canonica praepeditione. Apostolorum limina, Romana curia existente citra vel ultra montes, singulis bienniis visitabo aut per me aut per nuntium meum, nisi Apostolica absolvar licentia. Possessiones vero ad mensam mei Episcopatus pertinentes non vendam, neque donabo, neque impignorabo, neque de novo infeudabo, vel aliquomodo alienabo, inconsulto Romano Pontifice. Sic me Deus adjuvet, & haec sancta ejus Evangelia.

Juramentum ab Henrico Ep. Sedi Apostolica dictum.



Ac ne quid in hac electione Episcopi nostri obturbaret Imperator, scripsit & Pontifex ad Carolum, quas literas hoc loco conjungere juvat.

Littere Innocentii Pont. quibus Henricus cum electum Ep. Paderborn. lo Imp. commentat.

Innocentius Episcopus Servus servorum Dei, Carissimo in Domino filio, Carolo Romanorum Imperatori semper Augusto ac Regi Bœmiæ illustri salutem & Apostolicam benedictionem. Divina retributionis præmium & humane laudis acquiritur, si per singulares Principes personis Ecclesiasticis, & his præcipue, quæ sunt dignitatis titulo insignitæ condignus honor impenditur, & favor necessitatis exhibetur. Dudum siquidem provisiones omnium Ecclesiarum Cathedralium tunc apud Sedem Apostolicam vacantium, & imposteriorum vacaturarum apud eam dispositioni & ordinationi nostræ duximus reservandas, decernentes ex tunc irritum & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter & ignoranter contingeret attemptari. Postmodum vero Ecclesia Paderburn. ex eo vacante, quod venerabilis frater noster Baldevinus Episcopus tunc Paderburnensis ex certis causis legitimis regimini ejusdem Ecclesiæ, cui tunc præerat, per dilectum filium Theodoricum de Graulo Decanum Ecclesiæ Orientalis Paderburnensis procuratorem suum, ad hoc ab ipso specialiter & legitime constitutum, in manibus dilecti filii nostri Raymundi tt. sanctæ crucis in Jerusalem presbyteri Cardinalis apud Sedem prædictam sponte cessit, Idemque Cardinalis de mandato nostro sibi super hoc oraculo viva vocis facto sedem hujusmodi cessionem apud eandem admisit; Nos ad provisionem ipsius Ecclesiæ Paderburnensis celerem & felicem, de qua nullus præter Nos ea vice disponere potuerat, neque poterat reservatione & decreto obsistentibus supradictis, ne ipsa Ecclesia longæ vacationis subjaceret incommodis, paternis & sollicitis studiis intendentes, post deliberationem, quam de præficiendo eidem Ecclesiæ personam utilem & etiam fructuosam, cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad dilectum filium Henricum Electum Paderburnensem, tunc Abbatem Monasterii Corbejensis ordinis sancti Benedicti Paderburnensis diocesis, cui de religionis zelo ac morum honestate, spiritualium prudentia, ac temporalium providentia aliisque multiplicium virtu-

tum meritis apud nos fide digna testimonia perhibentur, direximus oculos nostræ mentis, quibus omnibus attentam meditationem pensatis de persona ipsius Henrici, prædictæ Ecclesiæ, de dictorum fratrum consilio, auctoritate Apostolica providimus, ipsumque illi præfecimus in Episcopum & Pastorem, curam & administrationem ipsius Ecclesiæ sibi in spiritualibus & temporalibus plenarie committendo: in illo, qui dat gratias & largitur præmia confidentes, quod prædicta Ecclesia per suæ circumspeditionis industriam & providentiam circumspectam sub suo felici regimine, gratia sibi assistente divina grata suscipiet incrementa. Cum itaque dilectæ fili sit virtutis opus, Dei ministros benigno favore prosequi, ac eos verbis ac operibus pro regis æterni gloria venerari, serenitatem tuam rogamus attente, quatinus eundem electum, & commissam sibi Ecclesiam habens pro nostra & dictæ Sedis benevolentia propensius commendatam, ipsum benigni favoris auxilio prosequaris; ita quod idem Electus Celsitudinis tuæ fultus auxilio in commissio sibi prædictæ Ecclesiæ regimine possit Deo propitio prosperari, ac tibi exinde perbenisvitæ præmium & a nobis digna proveniat actio gratiarum. Datum Avinionæ, XVI Calend. Aprilis. Pontificatus nostri anno nono.

Quæ cum omnia provoto succederent Henrico Episcopo nostro, & jam Pontificis & Imperatoris auctoritate impetratis, etiam regalibus præmunitus esset; magna omnium concordia diocesis administrationem ingressus, convocatis ordinibus, festo Virginis in celum sublata die Vassallis feuda, & urbibus privilegia confirmat. Sicuti Warburgenses ex hac conventionione sua quoque privilegia, magnifice ab Henrico instaurata, producant.

Ne vero suo ad Episcopatum Paderbornensem transitu quicquam patere-  
retur Corbeia, ipse se ejus Cœnobii provisorem & tutorem ultro ex consensu Canonorum atque ordinum dedit; eo beneficio, quo jam ante multos Episcopos Paderbornenses ejus Cœnobii defensores memoravimus. Gubernavitque per aliquot annos simul Corbeiam, rerum sacrarum & civilium moderator; dum Reinerus Corbeiensium Abbas legeretur a suis,

Henricus Ep. simul Corbeiam in spiritualibus & temporalibus administrat.



Per id tempus Pontifex interpellatus de injuriis Cœnobio Holthufano illatis, bonisque interverfis, brevi hoc diplomate optime consuluit Virginibus.

Innocentius Pont. mandat curatque alienata iniuste bona Monasterio Holthufano restitui.

*Innocentius Episcopus Servus servorum Dei. Dilecto filio Decano Ecclesie sancti Martini Monasterii salutem & Apostolicam benedictionem. Dilectarum in Christo filiarum, Abbatissæ & conventus Monasterii Sanctimonialium in Holthufen prope Büren ordinis Cisterciensium Paderbornensis diœcesis precibus inclinati, presentium tibi auctoritate mandamus quatinus ea, quæ de bonis ipsius Monasterii alienata inveneris illicitè, vel distracta, ad jus & proprietatem ejusdem Monasterii legitime revocare procures, Contradictores per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Testes autem, qui fuerunt nominati, si se gratia, odio, vel timore subtraxerint, censura simili, appellatione cessante, compellas veritati testimonium perhibere. Datum Avinione. IV Idus Februarii Pontificatus nostri anno nono.*

Rebdorf. Cuspinian. Carolus Imp. natum sibi Principem Wenceslaum solenniter Nurenbergæ baptizari curat. Dubrav. in listor. Bohem. lib. 23

Agebantur ista apud nos; cum hoc anno sub initium mensis Martii Imperatrix Anna Silesiæ Dux enixa est Wenceslaum filium. Latus ea prole Carolus Imperator, Nurenbergam invitavit Electores ac Principes ad Baptismi celebritatem. Infantem e sacro fonte leverunt tres Archiepiscopi, Moguntinus, Colonienfis & Pragenfis, Episcopi sex, Abbates quinque. Constituerat Imperator Aquisgranum proficisci, ibique natum filium offerre B. Virgini in Carolina Basilica: at mutato consilio, infantem in bilance librari iussit; qui cum sedecim auri marcas æquaret, tantum auri donum votumque misit Aquisgranum. Sed hic ille Wenceslaus filius, qui, ut auctor est Dubravius, atque alii, lustrales undas lotio resperfit: & cum biennio post regia Bohemiæ corona ornaretur, aram ipsam alvi fordibus conspurcavit, tristi Copronymi præfatio. Quippe cujus ignavia ac luxu Bohemia & Imperii res pessum jere; na-

taque est hoc scedo Rege Hussitarum hæresis multo scedior.

Ardebat per hæc acre bellum inter Reinaldum & Eduardum fratres, Geliæ Duces. Reinaldo auxilia submisere Adolphus Monasteriensis Episcopus, & Joannes Cliviæ Comes. Eduardo se junxere, Engelbertus Marchiæ Comes, Brunchorstiani, multique nobilium Monasteriensium; quos inter maxima & validissima pars Castrenses Neoburgenses ad Dinekolam fluvium, & dicesin auxilii victor Eduardum, Reinaldum fratrem prælio vicit, captumque in decennii carcerem traxit. Ita bello hoc composito, novum ex eodem arsit inter Adolphum Monasteriensem Episcopum & nobiles Ministeriales. Hi quæti se ab Episcopo suo despici, & dicesin oneribus premi; contra Episcopus querebatur, illos bello Gelrico sibi adversos fuisse, & pugnanti cum Lippiensi Comite auxilia negasse, cum clientes sui sint. Turbæ hæ in factiones erupere. Nobilium Duces Merveldii & Neoburgenses, affuto in vestibus flagello, quod factionis symbolum erat. Ab his Brunchorstiani implorati dicesin Monasteriensem spoliis, ferro & igne evastarunt. Adolphus Episcopus postquam Comitis Clivensis, & fratris Engelberti Marcani Comitis auxiliis confirmatus fuit, primum Brunchorstianos oppressit. Inde versis in Merveldios & Neoburgenses armis, factiosos hosce homines ultrici manu prostravit. Captus Hermannus Merveldius, & arx ejus diruta. Neoburgenses bonis & privilegiis exuti. Nec tamen quievire, donec biennio post exhausti & perdomiti ad pristinam paupertatem redirent; quando id castrum ab Hermanno Episcopo primum progenis nobilibus constructum & Castrensi bonis dotatum accepimus. Hujusmodi passim per Saxoniam prædonum & rebellium motus & arma libere grassabantur, Carolo in Bohemiæ regnum & superiorem Germaniam magis quam inferiorem intento. Id quod unicum fere Imperatori inter cetera vitio datum fuit, legibus ferendis quam armis meliori.

Pentan. 7. Gelr. Chr. Col. Chron. Monast. Chr. Belg. Motus & bellum inter fratres Reinaldum & Eduardum Duces Geliæ. Et Episcopus Monast. inter & Ministeriales nobiles.

Obitus Innocentii Pont. & Wilhelmi Archiep. Colon. Belg. Marjans. Chron. Colon. Cleinborg.

Schisma in electione successoris Archiep. Colon.



ANNUS



## Annus Christi 1362.

Innocentii VI. Pont. 10. Caroli IV. Reg. 17. Imp. 8.  
Henrici Spegelii Ep. Pad. 2.

Subinde alio motu Rhenus & Westphalia turbari cœpit. Nam insequens annus, qui Innocentium VI Pontificem Avenione pridie Idus Septembris sustulit, subrogato Urbano V. idem etiam Wilhelmum Coloniensem Archiepiscopum humanis exemit, virum omnibus Pontificalibus virtutibus ornatissimum; qui multis injuriis provocatus, leves magnanimitate contempsit, graves prudentia discussit; eoque cum omnibus vicinis, quod rarum & admiratione plenum erat, pacem sanctissime coluit: & quod in octavum annum gessit Archiepiscopi munus, totum in formanda cleri populi que disciplina, quæ per bella multum collapsa erat, insumpfit. Nec annus illi elapsus, quo non celebrem Cleri synodum collegerit, multis salutaribus legibus editis, & cum Westphaliæ Episcopis communicatis. Quibus forma Cleri, & columnen religionis habebatur; & ob quæ non modo apud Carolum Imperatorem, sed Francorum etiam regem in summa veneratione erat.

Schisma in electione successoris Archiep. Colon.

Eo Præsule xv Septembris mortuo, factum schisma fuit in electione successoris. Wilhelmus priusquam vita abiret, convocatis ad fatalem lectum Canonicis, petiit, eligerent Wilhelmum Schleidanum. Quam in rem 5000 aureorum iussit numerari, quibus confirmationem apud Pontificem expedirent. Sed spreis his consiliis, pars major Canonicorum ab excessu Archiepiscopi elegit Joannem Virneburgicum Decanum suum, ac Præpositum Sanctensem; tamen electio illa inhibita esset a Pontifice: contra Florentius & Godefridus de Wevelinghoven, ac Theodorus Genipius Canonici suis suffragiis postulavere Engelbertum a Marca, Leodiensem Episcopum. Interim Canonicorum studiis, Ministerialium importunitate, & populi acclamatione prævaluit Virneburgius, sedemque Archiepiscopi occupavit, homo qui jam ad dignitatem illam multum ambitione aspirarat. Atque is ut popularium animos sibi arctius devinceret, collectum a Wilhelmo Archiepi-

scopo, thesaurum ut profusissimus erat, pro arbitrio distribuit. Inde Avenionem ad Pontificem profectus, id quod tam flagranter ambitat, minime consecutus est; relictaque est diœcesis decem mensibus destituta certo pastore suo. Quo malo schismatis prædæ per Westphaliæ Ducatum liberius invalere.

At Henricus Episcopus noster multo pacatius Episcopatus administrationem auspicatus; lustrataque diœcesi, omnia sacra & civilia sapienter redegit in ordinem; tanta omnium concordia, quam vicinorum Comitum quiete, quorum alios terrore armorum continuit, alios agendi solertia, alios beneficentia sibi devinxit. Tanta vero hujus Præsulis sub hæc exordia Episcopatus erat auctoritas, ut Carolus IV Imperator sollicitatus ab Henrico Hildesienfi Episcopo, Duce Brunswicensi ac fratre Episcopi Halberstadiensis, ad raptos sua Ecclesiæ compescendos Henricum Episcopum nostrum, una cum Duce Saxoniarum & Magdenburgensi Archiepiscopo, defensorem Hildesienfis Ecclesiæ constituerit, vicariamque suo nomine fecerit potestatem vocandi ejusmodi vexatores in judicium suum, puniendique pro arbitrio, dum Hildesienfi Episcopo satisfacerent; id quod hoc diplomate Norimbergæ sanxit Imperator.

*Karolus quartus divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus, & Boemiæ Rex, Illustri Duci Saxoniarum sacri Romani Imperii Archimarescallo, & venerabilibus Archiepiscopo Magdeburgensi, & Episcopo Paderburnensi, suis, & Imperii Principibus dilectis gratiam suam & omne bonum. Ad reprimendos noxios hominum iniquorum excessus erexit Deus secularium solia potestatem, ut tuta foret inter improbos innocentia, & boni quiete viverent inter malos; nisi enim nocentes homines & injusti justam pro delictis vindictam metuerent, nunquam a suis impietatibus resisterent. Hinc est quod venerabilis Henricus Hildesimensis Episcopus, Princeps & devotus noster dilectus, ad Celsitudinis nostræ notitiam quere-*

K k

lose

Henricus Ep. a Carolo IV Imp. constituitur defensor jurium, & bonorum Ecclesiæ Hildesienfis.



lose deduxit, qualiter nonnulli homines desperate, Dei timore postposito, sueque salutis prodigi & bonoris, & Ecclesie sue Hildensemensis homines, possessiones, & bona ausu temerario capere, invadere, rapere, vastare, & in stratis ac viis publicis deroborare et spoliare praesumant, & in personis ac rebus varias & multiplices insolentias damnabiliter exercere, supplicans sibi & Ecclesie, ac subditis suis de oportuno super hoc remedio per nostram celsitudinem provideri. Cujus instantia digne moti, vos & vestrum quemlibet, suos, & privilegiorum, jurium & libertatum Ecclesie sue Hildensemensis, ac suorum defensores & conservatores damus, statuimus, & presentibus ex certa scientia auctoritate Casarea deputamus, dantes vobis, & cuilibet vestrum, in solidum plenam & liberam potestatem, omnes & singulos Episcopi & Ecclesie praedictorum, nec non bonorum, hominum, possessionum, & rerum Episcopi & Ecclesie eorundem ad Episcopi Hildensemensis vel suorum instantiam judicialiter evocandi, citandi, judicandi & super objiciendis cognoscendi, & ratione praevia procedendi contra quoslibet invasores, molestatores, & turbatores eorum, ad satisfactionem & solutionem damnorum plenariam compellendi, & omnia, quae in his oportuna fuerint, libere exequendi. Ratum habituri, & gratum quidquid per vos, vel aliquem vestrum, rite factum fuerit in praemis, & quolibet praemissorum, praesenti nostra constitutione ad nostrae duntaxat voluntatis beneplacitum valitura, praesentium sub Imperiali Majestatis nostrae sigillo testimonio literarum. Datum Nuremberg. Anno Domini Millesimo trecentesimo, sexagesimo

secundo, Indictione quinta decima, tertio Calend. Februarii, Regnorum nostrorum anno sexto decimo, Imperii vero septimo.

Haud multum inde superstes Henricus Hildesimensis Episcopus, Dux Brunswicensis, fraterque Alberti Halberstadiensis Episcopi, mense Februario ex humanis abiit, praclare de sua dicecesi meritus. Quippe qui tres praefecturas Woldenstein, Scladen, & Widelam suo aere & industria Ecclesie suae patrimonio adjecit, & dicecesin decem firmissimis castris praemunitam, atque omni aere alieno exsolutam, florentemque pace atque opibus reliquit. Hujus singulare illud specimen amoris erga Ecclesiam suam, & memorabile factum. Nam cum senio & morbo urgeretur ad extrema vitae, vocavit primores Capituli ad fatalem lectum, quos hisce postremis inter caetera verbis est allocutus. Elegistis me ex familia Ducum Brunswicensium Episcopum vestrum, quod ego tam grato semper mecum recolui animo, quam fidus fui in conservando augendoque Ecclesie vestrae patrimonio; at quanto id periculo vestro factum sit, aestimare vos volo ex odio & emulatione paterna domus mea. Scitis enim, quantum a multis jam annis laborarint Duces Brunswicenses in reprimendis exuendisque Episcopis vestris. Verum cum mihi semper Ecclesia mea fuerit ante familiam in amore, cautos vos in posterum esse cupio, ne facile quenquam ex Brunswicensium domo deligatis Episcopum, cui ea, qua mihi fide, arces & patrimonium Christi detis in manus. Rarum synceri Episcopi monitum nec praefugio vacuum.

M. S. Catal. Ep. Hildes. Henrici Ep. Hildes. obiit.

Ejus praecleara in agone alicanonico adhortatio.

Erivio. in Chron. Intelix in administrando Episcopatu Osnabrug. Joannes ab Hoco Ep. humilior, eo natus.

## Annus Christi 1363.

Urbani V. Pont. I. Caroli IV. Reg. 18. Imp. 9.  
Henrici Spegelii Ep. Pad. 3.

Litigabant interea in alterum annum Avenione in aula Pontificis Joannes Virneburgius & Engelbertus Marcanus Leodiensis Episcopus pro Coloniensi Cathedra; quae lis cum Cardinales etiam in partes distraxisset, Urbanus Pontifex utrumque rejecit, alioque consilio Adolphum Monasteriensem Episcopum, nihil sollicitantem, aut cogitantem, Archiepiscopum Coloniensem renunciavit, Virneburgio in locum

Adolphi Monasteriensis nominato. Quae commutatione facta, Adolphus ad Coloniensem Archiepiscopatum capefendum transit, postquam Monasteriensem Episcopatum quinquennio inter multiplices turbas haud illaudabiliter rexisset. Nam & Lippiensem Comitum, spoliis dicecesin suam vexantem, repressit: Brunchorthianos Gelrosque cum clade exegit, rebelles nobiles clientesque armis ad obsequia reduxit; multa-

Adolphus Ep. Monast. auctoritate Pontificis Ecclesie Colon. praeficitur, ejus commendatio a praecleara Dicecesis administratione. Chron. M. Belg.



Chr. Colon.  
Chron.  
Monast.

multaque præterea magno dicecesis bono gessit, quæ in factis eorum commemorantur. Ejus enim procuratione castrum Portzlar a Marciano fratre 2400 marcis redemptum: telonium urbis Monasteriensis, numeratis creditoribus 400 marcis, receptum, & castrum Vrienovia exstructum. Contra alia rebellium arces dirutæ: iudicium in Dingede, quod liberam Comitiam dixere, permutatione dicecesi adjectum: impetratum ab Archidiacono, ut exuvias Parochorum remitterent. Et quo inter ipsum & ordines concordia ageretur, fidem suam obligavit in publico conventu, omnia se privilegia relicturum integra, nec clericum aliumve e nobilitate, nisi ex manifesto crimine compertum, in vincula tracturum; demum nulli se arcem castrumve oppignoraturum sine consilio Canonicorum majoris Ecclesiæ ceterorumque ordinum. Multa hujusmodi salubriter cæpta per prudentum consilia, etsi ipse ætate adhuc juvenis esset; quæ præclarum Episcopum & Principem pollicebantur.

Erivvin.  
in Chron.  
Intelix in  
admini-  
strando Es-  
piscopatu  
Osnabrug.  
Joannes ab  
Hoet Ep.  
humili lo-  
co natus.

Turbatior res erat in Osnabrugensi Episcopatu, cui Joannes ab Hoet juris Canonici Doctor a Pontifice impositus erat, regebatque dicecesin in XIV. annum, sacris quam rebus publicis moderandis aptior. Et quia humiliori loco natus erat, quam ut fastus nobilium ea tempestate ejusmodi ferret Episcopos, primum sibi infestum habuit equestrem ordinem, deinde Osnabrugensem urbem, demum Teclenburgensem Comitem; quorum vexationibus ad extremam inopiam redactus, necesse habuit Rekenburgum castrum cum Widenbruggensi Oppido & quatuor alia præmunita castra pignori opponere creditoribus; in eamque contempionem venit, ut prædones etiam aucti castrum Iburgum, in quo sedem Principis habebat, noctu interceptum tradere in manus Teclenburgenis Comitibus. Incusantur a nostræ ætatis Scripitoribus Episcopi, quod cum toga sagum sumpserint militare; at vero in quam necessitatem tum coacti id fecerint, id illos vel hujus Episcopi exemplo jacturaque expendere par erit. Osnabrugensis in eas angustias conjectus, ex consilio suorum, egit cum Engelberto Marciano Comite, uti Theodoricum fratrem suum ex monte Pessula-

no in Gallis, ubi operam studiis navabat, revocaret, cui administrationem dicecesis committeret. Non sine certa spe successionis id factum; sumptoque vicario Episcopi munere, Theodoricus egregius juvenis extemplo arcem Iburgum, fratris & consanguineorum ope adjutus, recepit. Cetera castra partim armis recuperata, partim ære redempta; ipse validum exinde per XII annos ejus dicecesis, etiam sub Melchiorre Episcopo, qui successor fuit, præsidium. Ea tum temporum erat iniquitas, ut in Episcopo Saxonie non tam Doctor quam propugnator expectendus esset. Sane postquam anno superiori e vita abierat Henricus Hildesienfis Episcopus, cui Henricum Episcopum nostrum cum ceteris tutorem a Carolo Imperatore datum diximus, Urbanus Pontifex Joannem Schadlandum Colonia ortum, & e S. Domini familia celebrem Theologiæ Doctorem, Hildesienfis Ecclesiæ Episcopum imposuit; is postquam Hildesien venit, auspicator dicecesis gubernationem, id primum curæ habuit, ut inquireret, ubi Bibliotheca, ubi libri servarentur, quibus perlegendis Episcopi ante se tempus & operam impendissent: id cum novus Theologus Episcopus urgeret, aulici & Canonici ad armamentarium deduxerunt, & machinas bellicas omnisque generis arma monstrando, hæc, inquiunt, Bibliotheca, hi libri, quibuscum hæctenus Episcopis nostris negotium fuit; quibus & tibi pugnandum, siquidem & dicecesin hanc tibi a Pontifice datam incolumem esse velis. Quo audito, acceptati Episcopatus pænitere cepit: nec multo post cum Hildesienfes cives & vicini, renovatis pristinis dissidiis, arma intentarent; prætereaque alibi pecora abducta, alibi spoliati homines, alibi incursiones hostiles factæ nunciarentur, frater, inquit Crantzius, umbra assuetus, pulveremque Scholasticum magis quam militarem ferre doctus altero mox anno petiit a Pontifice quietiorem Episcopatus locum, in quo studiis vacare posset; obtentoque Augustano Episcopatu, locum dedit Gerardo Dynastæ de Monte, viro toga & militia præclaro, qui mox ad Etzium, oppidum Westphalorum, prædonum agmen per dicecesin suam grassantium fudit delevitque.

Necesse fuit  
hoc tempo-  
re præfice-  
re Ecclesiis  
Episcopos,  
potenti &  
illustri ge-  
nere ortos.

K k 2

Et

Qua Adolphus  
Co. Ep. Monast  
en. auctoritate  
en. Pontificis  
iter Ecclesiæ  
mi. Colon. præ-  
em. ficitur, ejus  
que commenda-  
cli. tio a præ-  
xit; clara Dice-  
cessis admi-  
nistratio.  
Chron. M.  
Belg.



Henricus  
Diocelin  
tuam egre-  
gie tuetur.

Et Spegelius Episcopus noster, cum in easdem turbas, vicinorumque Comitum inhiantes cupiditates se coniectum videret, nihil antiquius habuit, quam oppida & castra prae munire, armare beneficiarios, militia instruere diocelin, qua hostibus etiam aggressionem ostentaret; idque eo potentius facere licebat, quod Corbejensis Cœnobii administrationem conjunctam haberet, ex eaque pares prope Episcopo vires castrorum & vasallorum exfereret. Sane Abbates ejus Cœnobii postquam prisca Cæsarum defensione destituti fuere, & ipsi arma tractare alie-

num haberent a religiosa vita; amplissima ejus Cœnobii opes sensim carptæ in spoliis vicinorum Principum & Comitum cessere. Quare uti per hæc turbulenta tempora Abbates fere nunc ad Archiepiscopam Coloniensem, nunc ad Episcopum Paderbornensem perfugium habuere, ex iisque tutores sui Cœnobii delegere; ita Spegelius sese defensorem tulit. Nec minus Ecclesiæ suæ disciplinæ intentus, lege dictata, sumptuosa Canonicoꝝ convivia sustulit, vetuitque ne vinum vel in admitti vel emancipati Canonici epulo præberetur.

## Annus Christi 1364.

Urbani V. Pont. 2. Caroli IV. Reg. 19. Imp. 10.

Henrici Spegelii Ep. Pad. 4.

Adolphus  
Archiepi-  
scopatu Co-  
lon, se ab-  
dicat, ducta  
in uxorem  
Margare-  
tham Comitissæ  
Marchiani  
filia.

Magna dehinc rerum perturbatio ex mutatione Episcoporum. Enim vero Adolphus Colonienſis Archiepiscopus altero anno de abdicando munere laborare cepit, seu quod se invifum ſuis intelligeret ob æs alienum contractum & obligatas nobilitati arces quasdam; quam ob rem apud Urbanum Pontificem accusatus erat: seu quod Cliviam ab avunculo speraret, a quo nulla proles mascula ſuſcepta erat, atque ipſe etiam a facerdotio abhorreret. Quare miſſis ad Pontificem procuratoribus Florentio Wevelinghovia ſubdecano, & Petro Brabantenſi Canonico Leodiensī, Archiepiscopatum in manus Pontificis depoſuit; ſimul ſollicitando, ut hunc in Engelbertum Leodiensē Episcopum ac parvum ſuum transferre dignaretur. Quæ licet Pontifex indignante animo acciperet, edito etiam decreto ex Cardinalium conſiliis, ne quisquam in poſterum ad ſacras infulas admitteretur, niſi qui ſacerdotio initiatus eſſet, aut certa id fide præſtaret; abdicacionem tamen Adolpho permiſit, ſimulque Engelbertum Leodiensē Episcopum, ob res præclare geſtas per XIX annos in Episcopatu Leodiensī, transvexit ad Archiepiscopatu Colonienſis ſedem tranſmiſſo etiam per Wevelinghovium pallio. Adolphus vinculis cleri ſolutus, multisque arcibus & bonis Colonienſis Eccleſiæ ab Engelberto patruo Archiepiscopo dotatus, matrimonio ſibi junxit Margaretham Gerhardi Montani Comitissæ ante quadriennium occiſi filiam; quæ marito in do-

tem attulit Cæsaris inſulam cum telonio, quæ a Regibus quondam oppignorata Cliviæ Comitibus, & ab his Montium regulis ceſſerat.

Igitur in locum Engelberti translatus a Pontifice ad Leodiensē Cathedralē Joannes Arckelius Trajectenſis Episcopus, poſtquam in XXII annum per varios fortunæ caſus præſecturam ſacram Trajecti geſſiſſet; inde in hanc vacuam Trajectenſis Eccleſiæ ſedem ſubrogatus a Pontifice Joannes Virneburgius Monaſterienſis Episcopus, qui non niſi per annum Episcopatum illum geſſerat. Vir quidem benignus ac modestus, ſed indole ſimplex, eoque a Satrapis Monaſterienſibus facile circumventus; ut gens illa callida eſt. Hi enim cum illi privilegia ſua, multum diœceſis bono & libertati Eccleſiæ derogantia, obtuliſſent confirmanda, ſimulque large pollicerentur, ſe diſſidium quod inter ipſum & Canonicos exarſerat, compoſituros, obtenta privilegiorum ſuorum confirmatione, nihil minus præſtitere. Et Virneburgius poſtquam Trajectenſem Episcopatum ſuſcepit in eosdem ſcopulos incidit; multumque exagitatus eſt a Vehlenſis Weſtphalis, Brunchorſtianiſ, ceterisque nobilibus; dum poſtremum in Oppido Ghoer noctu captus, & magno ære redemptus, repentina poſt morte, geſto in ſeptimum annum Episcopatu, exſpiraret. Et hic tamen ille erat, qui tanto primum ambitu Colonienſem Archiepiscopatum præſerat, parum licet idoneus,

Beka,  
Haida,  
Barlandus  
Noviomag.  
Buebel. in  
not.  
Crantz. l. 9  
Metrop.  
c. 45.  
Joannes  
Virneburgus  
giens a Cæ-  
thedrali Mo-  
naſterienſi  
transferretur  
ad Traje-  
ctenſem,  
varie a No-  
bilibus de-  
cepſus, ex-  
giantiqua

Florentius  
de Weve-  
linghovia  
Episcopus  
Monaſtes  
riensis.

Falso dela-  
tas, Mona-  
ſterienſibus  
primum  
inventus;

Post gratias  
& acceptas



idoneus, qui aut Monasterii, aut Trajecti, ferrea illa aetate, Principem & Episcopum ageret.

Florentius de Wevelinghove Episcopus Monasteriensis.

In hujus proinde locum eodem anno, mense Aprili, subiectus a Pontifice Monasteriensis Episcopus Florentinus de Wevelinghoven, dum Avenione praesens, ut diximus, ageret causam Adolphi Colonienfis Archiepiscopi: ex illustri apud Ubios familia; quae in castro Leienthalio inter Crumbachium & Hideradium veterem majorum sedem habebat, emortuaeque stirpe, ad Benthemios Comites, jure dotis, & beneficio Archiepiscoporum Colonienfium, translata est. Ac multum renitens Florentius, Episcopatum tandem ex Pontificis voluntate suscepit: at sub ipsum Episcopatus ingressum procella jactatus; scripserat enim Avenione non nemo falsae fidei homo, qui cum illo in curia Pontificis versabatur, ad Monasterienses, Florentium quidem Episcopatu donatum, sed eum neutquam velle apud eos unquam sedem capere; nihilque aliud impenfius agere, quam ut Engelbertum Marcanum Comitem vicarium ex munere Principis, tutoremque dicecesis imponeret; ea jam pacta inter ipsos convenisse, ex quibus nihil praeter resuscitata vetera bella, & Marcanorum servitus metuenda foret. Literis hisce ad Monasterienses perlatis illico fides habita, eo etiam pronius, quod jam ex eadem Marcanorum familia novum Colonienfium Archiepiscopum aspicerent, quem artificem hujus consilii suspicabantur. Tantosque motus una haec falsa epistola concevit, ut Canonici evocatum ad se Balduinum Steinfurdensem Dynastam, patronum, & tutorem dicecesis delegerint, eique oppida, & castra omnia cum suprema potestate Administratoris in manus tradiderint. Accessere nobiles & vasalli in eandem conspirationem; & civitates etiam, foedere inter se renovato, abjuravere Marcani imperium. Horum omnium ignarus Florentius deducitur Monasterium a Marcano Comite, recipiturque in urbem; at modico cleri populique honore, quine specimen quidem inaugurationis praeferreret. Et ille cum Pontificis literas exhiberet, admissus quidem; sed mox durae & iniquae leges propositae; ut incertus turbatusque haereret,

Falso delatus, Monasteriensibus primum invisus;

Post gratius & acceptus

quo se verteret. Remansit in urbe privati instar, suis impensis vitam trahendo; dum fraude literarum comperta, & viri innocentia prudentiaque cognita, sensim primorum animi mutarentur. Horum favore Florentius XXIV Augusti solemni ritu acceptus. Tum & leges quidem mitigatae, sed quae tamen durae adhuc fuere, quod sumptus, quos hactenus in urbe fecerat, ipse suo aere praestare: Steinfurdensi pro restitutione oppidorum & castrorum 100 marcas; Apostolicae vero Camerae 2000 marcas pendere, atque omne aes alienum ab antecessoribus contractum dissolvere iussus est. In has aliasque leges postquam stipulatio facta est, inaugurandum circumduxere per oppida & castra dicecesis. Et Florentius quam invisus primum, tam gratus postea omnibus fuit. Praesul, exinde gesto in xv annum principatu, manu & consilio promptus religionem non minus, quam exhaustam dicecesin restituit in integrum; multisque praeterea bonis, armis industriaque partis, locupletavit. Quem ob id facti Monasteriensium inter praestantissimos ejus loci Episcopos accensent. Tam incerta fallaciaque hominum sunt judicia in deligendis acceptandisque Episcopis. Indigne ferebant Canonici sibi praereptam a Pontifice eligendi potestatem; Pontifices nihil magis detestabantur, quam discordiam Canonicorum in eligendis Episcopis suis, quorum litibus & querelis quotidie personabat curia & aula Pontificis. Id malum cum partium studiis ambientium, & Principum nobiliumque amulatione, in Episcopos familiae suae principes experentium, magno Ecclesiarum turbamento incretceret, consultius habuere Pontifices Episcoporum electionem ad Apostolicam sedem retrahere. Quinquam & ibi suis incommodis obnoxia fuerit; quod haec mortalium vita nihil omnibus suis numeris absolutum in gubernatione Reipubl. polliceri possit.

At Spegelius Episcopus noster, qui Pontificis non minus quam Caroli Imperatoris gratia multum valebat inter Episcopos & Principes Saxoniae, omnia pacifice & constanter moderabatur, una gubernatione Paderbornensium & Corbeiensium res domi forisque complexus. Quare & a Carolo IV Imperatore,



Carolus  
Imp. rogatus  
Henrici  
Ep. judicium  
in Monte  
Martis Cor-  
beiensibus  
confirmat.

tore, quem mirifice Corbeiensium Ccenobio habebat affectum, hoc anno alterum impetravit diploma, quo iudicium liberum in Monte Martis, & districtu Horhufano, sicuti ante septennium dederat, rursus rogatu Henrici Spiegellii Principis confirmat, novumque illi iudicium in locum prioris Imperatoria auctoritate imponit. Qua super re Imperatoris tabulae, germanico idiomate scriptae, servantur apud Corbeientes, Anno MCCCXLIV, regni vero XVIII, Imperii x. tertio Paschatis die.

Urbium  
Hanseaticarum  
societas.

Auctor est Pontanus in Geldricis suis, per id tempus Hanseaticarum urbium societatem aut originem suam habuisse, aut magna certo numero florere cepisse. Pervulgatum urbium fedus, cum ad mercimoniorum libertatem potissimum institutum esset; tum hoc anno Coloniae celebris Mercatorum Legatorumque conventus fuit habitus, in quo Slavicae seu Wandalicae cum primis urbes commerciorum obtulere societatem. Id cum jam magno Reipub. bono ceptum esset, nomina sua dedere Colonia, Monasterium,

Osnabrugum, Tremonia, Sufatum, Hervordia, Paderborna, Unna, Hammona, Lemgovia, Liptadium, Bilsfeldia, Ceesfeldia, Warburgum, Brakelena, Wesalia, Duisburgum, Emblica, Neomagum, Zutphania, Ruremunda, Arnheimium, Venlona, Hardewicum, Elburga, Daventria, Swollae, Campi, urbes universim tum mercimoniis florentes septuaginta septem; auctaque mox per facialem Waldemaro III Danorum Regi bellum indicere, quod navigationem & commercia praedonibus infesta teneret. Unde & Campis emissae classis in Daniam, junctaque Slavicarum urbium classe, ingentem Regi Danorum terrorem injecit. Ac Rex, postquam didicit, quo regni sui emolumento haec commercia procederent, magna societati illi privilegia impertit. Harum vero civitatum Metropoles emporiaque fuere Lubeca, Colonia, Brunswicum & Dantiscum; dum & Brugae in Belgium se proferret negotiatorum amplitudo, quemadmodum haec multis exponit Werdenhagius scriptor hujus societatis.

## Annus Christi 1365.

Urbani V. Pont. 3. Caroli IV. Reg. 20. Imp. 11.

Henrici Spiegellii Ep. Pad. 5.

Argentinus  
Bojg. in re-  
bus gestis  
Urbani  
Odoricus  
Carolus  
Imp. in  
Gallias pro-  
fectus, mul-  
ta cum Ur-  
bano Pon-  
tificis per-  
tractat.  
Dobrav.  
lib. 21.  
Histor.  
Bohem.  
Calvis. ex  
Ann. Turc.

Anno subsequenti saeculi hujus sexagesimo quinto Carolus Imperator, cum rara temporum felicitate, pacatissimam teneret Germaniam; splendido Principum ac procerum comitatu, mense Majo, iter suscepit in Gallias, salutaturus Urbanum V Pontificem, Christi in terris vicarium; a quo Avenione honorificentissime exceptus; ipsoque Pentecostes celebri die Pontifici sacrificium peragenti adstitit, imperiali habitu & diademate ornatus, manu sceptrum gestans. Inde in colloquium cum Pontifice congressus; in quo multa de bello sacro adversus Saracenos suscipiendo, multa de pace per Germaniam & Franciam, multa de atrocibus & praedis coercendis, aliisque Reipubl. negotiis pertractata sunt. Et Caesar quam ad cetera pronus, tam alienus ab expeditione in Asiam erat; quod diceret bella ejusmodi, adverso Deo & infelici haec tenus successu, gesta esse, quibus tantummodo Germaniae vires, & sanguis per fatales clades abstumentur. Id quod

anno statim proximo comprobatum, cum Christiani Adrianopolim quadraginta millibus armatorum virorum obsiderent. Turcae, enim, qui Genuensium navibus per mare transportati erant, accepto in singula capita Turcarum aureo, noctu Christianos somno vinoque consuptos obruerunt cecideruntque exercitu Christianorum ad interuersionem prope deleto.

Ac Carolus Imperator Avenione regressus in Germaniam, reperit praedonum agmen Vasconum quodam Duce, qui se Archipresbyterum vocabat, irruisse per Gallias in Alsatiam (Argentiniensis XII millibus equitum stipatum asserit) in quem depellendum Carolus repente exercitum collegit; quem cum in se duci sensit Archipresbyter, terrore adventantis Caesaris Germaniae finibus excessit. Nec quicquam exinde Caesar habuit sollicitius, quam ut praedonum catervas, quae passim per Germaniam grassabantur, extingueret. In-

Bellum  
Henricum  
Ep. &  
Landgravi-  
um Hal-  
linter &  
Schonen-  
bergiorum,  
ce certis  
conditioni-  
bus inito,  
sopitur.

Reinerus  
Abbas Cor-  
beiensis,  
certis pactis  
& legibus  
pactiscriptis  
acceptus.

Tribem, in  
Chr. Hist.  
Foedus Ci-  
vitarum ad  
libertatem  
suum adve-  
tus Domi-  
nos tuen-  
dam.



Bellum  
Henricum  
Ep. &  
Landgravi  
um Hassiæ  
inter &  
Schonen-  
bergios, pa-  
ce certis  
conditionis  
bus inito,  
fugitur.

Reinerus  
Abbas Cor-  
beiensis,  
certis pactis  
& legibus  
præscriptis,  
acceptus.

Inter tumultuaria arma, quæ per id tempus passim sumebantur, reperio & bellum in antiquis tabularii nostri literis; quod Henricus Spegelius Episcopus noster, & Henricus Hassiæ Landgravius, junctis armorum viribus, gessere adversus nobiles viros Heindericum, Conradum, Borchardum de Schonenberg. Quæ vero causa hujus belli data, haud perinde proditum est. Id constat, ira partium ad arma & castrorum expugnationes processisse. Interveniensque arbitris hoc anno in has leges reconciliatio ante festum D. Magdalene facta est. Arma utrimque ponantur: capti bello liberi dimittantur: pecunia in lytrum promissa at nondum soluta remittatur: Schonenbergii in castrum Drendenberg, eo jure, quo ante bellum tenuerant, restituantur. Sortita & hoc anno Corbeja in locum Theodorici ante Spegelium defuncti Reinerum Abbatem, virum

modestum & religiosum. Qui in has leges acceptus, ut ipse proficitur.

*Reinerus Dei gratia Abbas Monasterii Corbeiensis Paderbornensis diocesis. Presentibus hisce publice protestamur, nos ut conventum est omnes bonas & laudabiles consuetudines non immutavimus, neque commissuros, ut præpositi, prioris, & alia dignitatum munia per alios quam per Cænobii religiosos homines administrantur. Literæ et instrumenta antecessorum bonæ fidei servabuntur. Bona Cænobii, in quibus Monachi vivunt, relinquemus intacta; neque quæ Abbatis sunt, sine consensu Monachorum ullo modo, dabimus in feudum. Acta hæc anno MCCCCLXV, ipso D. Dionysii Episcopi & Martyris die. Adeo jam invaluerat, ut Abbates non minus, quam Episcopi, certis prius pactis & legibus præscriptis adirent munus suum.*

### Annus Christi 1366.

Urbani V. Pont. 4. Caroli IV. Reg. 21. Imp. 12.  
Henrici Spegelii Ep. Pad. 6.

Tribem, in  
Chr. Hist.  
Fœdus Ci-  
vitarum ad  
libertatem  
suam adve-  
sus Domi-  
nos tuen-  
dam.

Carolus Imperator ut prædonum insolentiam, a quibus itinera & commercia infestabantur, compesceret; Wenceslaum fratrem Brabantiae & Limburgi Ducem, virum æquissimum ac sapientissimum, auctoritate Cæsarea publicarum viarum custodem defensorumque per inferiores Rheni provincias constituit. Simul civitates ad Rhenum arcissimum inter se fœdus composuere, ipsi etiam Principibus formidabile: sive id Hanseaticarum civitatum fuerit, de quibus supra relatam: sive aliud ad securitatem Publicam & libertatem suam adversus Dominos amplificandam firmandamque; quando per id tempus passim Episcoporum urbes ac Metropoles, opibus & commerciis potentes, imperium Episcoporum evêre, & rebellare cœptaverunt. Compertumque etiam, ex quo bella cum barbaris in Septentrione, aut cum Saracenis in Palæstina intermitti cœpta, Germaniam, Saxoniamque ingenti nobilium & prædonum multitudine repletam fuisse; quos cum mars exteris bellis occupare desit, & ipsi domi inopia conflicterent, otium & paupertatem domesticam convertisse in spolia Mercatorum; Cœnobiorum, & sacrorum præsulum.

Abiit hac tempestate e vita Joannes Hætius Osnabrugensis, vir, ut supra judicavimus, sacri juris peritissimus, omnique scientiarum & virtutum cultu præstantissimus; cui nihil ad hujus muneris dignitatem deerat præter obscuros natales. Quare in hujus locum Apostolica auctoritate subrogatus Melchior e Ducum Brunswicensium familia ortus; quem Florentius Monasteriensis Episcopus magna nobilium pompa in urbem ac sedem Episcopi introduxit; tanquam splendore generis expleturum, quod in altero desiderabatur. Sed & ille iisdem fluctibus jactatus: collisusque primum cum Theodorico Marciano, Coloniensi Præposito, quem Hætius Episcopus Administrum diocesis adlegerat. Is quia castra & oppida pleraque tenebat in potestate, nec prius cedere volebat, quam impensæ hætenus a se factæ solverentur; necesse habuit Melchior Episcopus ingenti tum pecuniæ summa pacisci, eamque in rem plura etiam castra & oppida pignori opponere. Tam parum illi familiæ splendor, & Brunswicensium Ducum patrocinia, ut post referemus, profuere.

Obitus Jo-  
annis Hæ-  
tii Ep. Os-  
nabrug.  
Cui subro-  
gatur Mel-  
chior, e  
Ducum  
Brunswi-  
centium fa-  
milia ortus

Gesserat jam in quintum annum Mindensem Episcopatum Gerardus Scha-



*Chron. Mind. Lerbicus in Chron. Crantz. 1.9 Metrop. Gerardus Schawenburgicus una cum fratre suo in profectio ne ad Terram sanctam motur.*

Schawenburgensis Comes, magno Ecclesie illius bono, ac pace cum finitimis, eoque omnibus carus erat; cum nescio qua religione impetuque potenti ductus, peregrinationem suscepit in Palaestinam cum Adolpho fratre suo ad loca sacra invisenda, frustra dehortantibus Canonicis & amicis, ne dicecesin illa profectioe & absentia in periculum & damnum abduceret. Quorum ille precibus neglectis, iter ingressus; nec multo post pridie D. Michaelis fluctibus maris exhaustus interiit. Quo fato Adolphus quoque frater in praelio cum Saracenis ad Famam-augustam urbem occubuit. Corpus Mindam deportatum, & honorifico sepulchro illatum est. Gerhardi Episcopi corpus, etsi irreperit non redierit ad suos, ejus tamen memoria his seculi ejus verbis consecrata posteris.

*Hic est Gerhardus de Schawenberg nulli tardus,  
Qui cum processit prudenter singula gessit,  
Clerum Mindensem, clavum bene rexit & enses,  
Oppida construxit, detractaque castra reduxit.*

Succefforem ea in cathedra habuit Ottonem de Wettin e nobili Misnienfium familia. Is cum per id tempus Decanus Moguntinus esset, per Caroli Imperatoris preces Episcopatum ab Urbano Pontifice impetravit; sed brevi temporis vitæque usura Episcopatum tenuit.

Hunc quoque annum ex vetustis tabulis consignatum habemus, quo Engelbertus Coloniensis Archiepiscopus

## Annus Christi 1367.

Urbani V. Pont. 5. Caroli IV. Reg. 22. Imp 13.

Henrici Spegelii Ep. Pad. 7.

*Brewer. Chr. Colon. Chron. M. Belgii. Merfau. Supplemen. Levol. Engelbertus Archiep. Colon. Adjatorem sibi adsciscit Canone Archi-*

Tandem anno proximo, qui Christi erat sexagesimus septimus, Urbanus Pontifex discessu e Gallia Romam adiit, ad turbatum Romanæ Ecclesie statum componendum; quamvis tertio ab hinc anno Avenionem repetierit. Coloniensis Archiepiscopus Engelbertus cum & ipse ære alieno obrutus, ac senio in nervorum paralyfin depressus jaceret, imparemque se videret tanto oneri ferendo, consilio assensuque Canonico-

Engelberto, Marciano Comiti, & ex fratre nepori, acceptis ter mille, seu ut alii octies mille, florenis aureis, Lipstadium Oppidum ad Luppium flumen, castrumque Lipperadium prope affitum, vetera dicecesis patrimonialia oppignoravit. Quam pecunia summam Archiepiscopus in dotem dedit nepti suæ, cum Cranendonckio dynastæ duceretur in thalamum. Quæ oppignoratio etsi ea lege facta, ut refusa pecuniæ summa Lipstadium & Lipperodium redderetur Archiepiscopo & Coloniensi Ecclesie, id tamen quia neglectum a Successoribus Archiepiscopis, transit Lipstadium a Marcianis post ad Adolphum Clivie Comitem, atque tot litium & bellorum seminarium fuit: manetque ad nostram ætatem armata heterodoxorum sedes, & spoliarium Westphaliæ. Tantum etiam posteris nocuit illius Archiepiscopi cæcus ac profusus in consanguineos amor.

Verum de hac ipsa Lipperodana arce ad hunc annum ita memorant nostra monumenta. Otto de Tekenburg, Alheidis uxor ejus, & Nicolaus eorum filius oppignorant Henrico Episcopo Paderbornensi arcem suam Lipperodiam, cum advocatis Gesekenti & Capellenfium pro 700 marcis puri argenti monetæ Paderbornensis, quæ intra 4 annos fas non sit redimere; iis exactis, poterunt quidem pro 700 marcis redimere, sed redemptionem uno anno prius denunciabunt Episcopo. Ad hæc Otto ejusque filius Nicolaus non inibunt concordiam cum Simone de Lippia, priusquam diligenter cautum sit Episcopo de 700 marcis ex pignore.

*Engelbertus Archiep. Colon. Lipstadium & Lipperadium Comiti Marciano oppignorat*

*Cano Archiep. diffentes componit.*

*ep. Trevirensis.*

*Caroli in p. expeditio in Italian. Brewer. Chron. M. Belg. Chr. Colon. Cleinsorg. in Chron. Westphal. Gelen. in Engelb. lib. 5. not. ad cap. 4.*

tum



tum mutatus, postquam ex dissoluto Moguntini Cleri Canonico traductus ad infulas. Engelbercus deducta parte bonorum, quantum ad honestam vitam satis erat, in arcem Bruelam ac privatam vitam secessit.

Primum Cunonis operum fuit, diffidentes & belligerantes inter se Marcanum & Arnsbergensem Comitem componere in concordiam. Per id tempus Marcanus Arnsbergensi infestus ob Fridenbergum castrum, in quod Marcanus par sibi jus vendicabat; eoque Arnsbergam aggressus, Comitum sedem, expugnavit iniectionisque ignibus diruerat. Interuenit flagranti bello Cuno, deductosque ab armis componit, ea pactione, ut totum castrum cederet Marcano. Oppugnabat per id tempus Tremoniam Wilhelmus Montium Comes, Wilhelmi Juliae Comitum ex fratre Gerardo nepos, simulque Adolphus Marcanus, quem haecenus Episcopum Monasteriensem & Coloniensem produximus. Magna ab his vis uni incumbere Tremoniae; quam tamen Principum vicinorum interventu mox discussam, & pristinum cum Marcano Comite foedus instauratum memorant. Facile nunc, causam belli huius suspicari a scriptore praeteritam, quod Tremonia cum Arnsbergensi Marcanorum hoste fecerit.

Cuno Archiep. diffidentes componit.

Hisce turbulentis Westphaliae temporibus, quibus omne jus confusum erat per tumultuaria nobilium & praedonum arma, in eas angustias adducti sunt Corbeienfes (quod passim in eorum literis lego) ut necesse habuerint, alia post alia bona aut vendere aut oppignorare. Et cum aliorum potentum destituerentur patrocinio, Reinerus Abbas, ceterique Cœnobarum primores, imploraverunt opem Henrici Episcopi nostri, rogitando, ut se denuo Turorum & defensorem sui Cœnobii dare velit, quod & Henricus pro singulari amore, ac veneratione erga nativum hunc religiosae vitae suae locum prompte admisit. Superfunt apud nos publicae tabulae hoc anno pridie Innocentium datae, quibus profertur se, rogatu Reineri Abbatis & totius Cœnobii, omnium sacrorum & civilium procuracionem defensionemque suscipere; quae tamen post mortem ejus ad Cœnobium esset reditura. In has angustias tam celebre ac regale Monasterium Corbeienfe, quod castris, oppidis; & possessionibus antiquitus cuius Episcopatus & Principatus per Saxoniam par erat, temporum injuriis prolapsus erat; nec aliud ab omnibus Advocatis & vassallis, quos inter tot Principes & Comites censebantur, praesidii erat, quam ut quisque, quantum licentia temporum permittebat, raperet.

Abbas Corbeienfis Henricum Ep. rogat, ut curam Cœnobii sui suscipiat.

## Annus Christi 1368.

Urbani V. Pont. 6. Caroli IV. Reg. 23. Imp. 14  
Henrici Spegelii Ep. Pad. 8.

Anno dehinc proximo Carolus Imperator, id quod anno superiori sollicitarat Urbanus Pontifex, expeditionem cum exercitu in Italiam suscepit, ad rebellionem & tyrannidem Barnabovis Vice Comitum, ceterorumque Mediolanensium comprimendam. Iter magno Episcoporum & procerum comitatu per Austriam est ingressus. Ac priusquam Italiam intraret, rogatu Legati Pontificis vetera Romanae Ecclesiae jura & privilegia more antiquorum priorumque Caesarum Vienna publicis tabulis confirmat. *Testes memorantur Albertus Pataviensis, Lambertus Spirensis, Joannes Brixinensis, Gerbardus Naumburgensis, & Otho Mindensis, Ecclesiarum Episcopi. Illustris Albertus & Leopoldus fratres, Austriae & Carinthiae*

Caroli Imp. p. expeditio in Italiam. Drovver. Chron. M. Belg. Chr. Colon. Cleinsorg. in Chron. Westphal. Gelen. in Engelb. lib. 3. not. ad cap. 4.

*Duces, Joannes & Jodocus filius ejus Marchiones Moraviae, spectabiles Joannes de Habsburg, Burchardus Burgravius Magdenburgensis, Joannes & Burchardus de Retz Comites, Vienna anno Domini Mccclxviii. Indictione VI, III Idus Aprilis. Ego Joannes Dei gratia Olmucensis Episcopus, sacrae Imperialis aulae Cancellarius vice venerandi in Christo Patris Engelberti Coloniensis Archiepiscopi, sacri Imperii per Germaniam Archicancellarii recognovi. Affectu praeterea Imperatorem Henricum Goritiae Comes Salisburgensis Archiepiscopus, Rudolphus Dux Saxoniae (quod tamen invaletudine praepeditus sufficit pro se Albertum nepotem) alique proceres.*

L I

Ad



A morte En-  
gelberti Ar-  
chiepiscop.  
Colon. ad-  
ministrat.  
Cuno Ar-  
chiep. Tre-  
virensis,  
Coadjutor  
jam ante  
electus.

Ad famam terroremque adventus  
Cæsaris, Barnabos Italiae turbo, ut  
tempori se accommodaret, ad pacem  
se obtulit Pontifici. Ceterum ea expe-  
ditione, ut Trithemius scribit, haud  
multum est confectum. Imperator di-  
scurrendo per Italiae provincias, cum  
Mediolanenses subigere arduum expe-  
raretur, accepta pecuniae summa, at-  
tritum pestilentia exercitum non sine  
Pontificis offensione sub exitum anni re-  
duxit in Germaniam: cui hoc anno Im-  
peratrix Sigismundum alterum filium  
enixa.

Interea 26 Augusti mors in arce  
Brulensi subtraxit Marcanum Coloni-  
ensem Archiepiscopum, eo nomine ter-  
tium. Corpus in aedem Metropolita-  
nam delatum, conditumque in Mausoleo,  
quod vivus sibi pararat. Tum ve-  
ro Cuno Trevirensis Archiepiscopus,  
qui jam adjutor electus erat, honora-  
tione Administratoris titulo Archiepi-  
scopatum illum gubernandum suscepit,  
appellatus ab Urbano Pontifice Com-  
mendator & Vicarius Generalis; eo  
quod Archiepiscopi dignitatem sibi re-  
servaret Pontifex. Prima Cunonis cura  
fuit Archiepiscopatum liberare debitis,  
bona extrahere e nobilium manibus,  
castraque recuperare (inter quae statim  
Tulpiacum a Julia Ducem redemptum)  
nobilium insolentiam intrepide  
comprimere, praedonum & rebellium  
delicta publicis suppliciis punire; qui-  
bus nec Andernacensibus parcitum,  
qui Wilhelmo Archiepiscopo rebella-  
raat: hostiumque alios capite imminui,  
alios proscribi & in exilium deportari  
iussit. Hac Cunonis regentis initia erant,  
grata Canonicis, qui bona Ecclesiae re-  
peti videbant: suspecta civibus Agrip-  
pinis & nobilibus; tanquam dominatu  
ejus opprimendi forent.

Comitatus  
Arnsber-  
gensis Ec-  
clesiae Col.  
adjuvatur.

Sed his multo praestantius Cunonis  
factum: cujus industria Comitatus Arns-  
bergenensis hoc anno ad patrimonium Col-  
oniensis Ecclesiae est additus. Vivebat  
ad hunc diem Godefridus, postremus  
ejus familiae Comes, unaque Anna Cli-  
vensis conjux, sine prole suscepta, &  
quia ex senili aetate nullus haeres sperari  
poterat, utrique in votis fuit, reliquum  
vitae tempus otio & divino servitio di-  
care. Atque ut omnibus se curis exfol-  
verent, Comitatum Cunoni Archiepi-

scopo & Coloniensi Ecclesiae venalem  
obtuleret; idque ob hanc etiam causam  
(sicuti literis hac super re confectis sa-  
pius se legisse fatetur Cleinforgius)  
quod Comitatus Arnsbergenensis in me-  
ditullio Ducatus Westphaliae situs eoque  
a nullo tutius defendi & conservari pos-  
sit, quam a Coloniensi Archiepiscopo.  
Quamvis non desint, qui expiandi no-  
xarum causa id fecisse scribant; nam &  
ipse vir bellicosus, & majores multas  
afflixerat Coloniensem Ecclesiam: eo  
partim dono, partim emptione Comi-  
tatus obvenit Coloniensibus. Delegit-  
que Comes sibi Brulam Oppidum cum  
certis possessionibus ad honestam quietam-  
que vitam. Data ex aerario Coloni-  
ensium quottannis decem aureorum mil-  
lia, conjugii aliquot arces in Comitatu  
relictæ. Tabulis hisce 25 Augusti hoc  
anno confectis testes subscribere An-  
tonius de Reidere, Rugerus Ketler  
milites, Henricus Wolff, Arnoldus  
Haken, Wilhelmus Quaterlant, Arnol-  
dus de Berninghusen, Joannes Schur-  
man, Conradus Wrede, Armigeri Ca-  
strenses. Consules praeterea & pro-  
consules Oppidorum, Arnsberg, Ni-  
hem, Grevenstein, Hirtzberge. Quam  
vero nobile peculium hoc Comitatu  
Ecclesiae Coloniensi accesserit, com-  
monstrant Oppida, castra, Parochiae,  
pagi ac villae in tabulis a Gelenio &  
Ferdinando Episcopo in Monumentis  
recitatis.

Inhærebat veteri privilegio ac jure  
hereditario, ob præclara majorum fa-  
cinora, huic Comitatu Archistrategi  
ac primipilaris (quem Antebellatorem  
etiam Westphaliae dixerunt) munus, du-  
cendi nimirum exercitus intra Rhenum  
ac Visurgim, quæ dignitas simul ad Col-  
oniensem Archiepiscopum transiit. Erat  
& Godefridus Comes per id tem-  
pus Ducatus Westphaliae Marschallus,  
altera hac dignitate exornatus; id vero  
munus, quia octo millibus aureorum  
sibi oppignoratam tenebat ab Archie-  
piscopo Coloniensi; eadem simul pecu-  
nia summa; quam Henricus Spegelius  
Episcopus noster representavit, mu-  
tuamque dedit Cunoni Archiepiscopo,  
tum simul redemptum est; transtulit-  
que post Cuno Marschalli dignitatem  
in Episcopum nostrum, ut post ex pu-  
blicis tabularii nostri literis docebimus.  
Multumque Cuno Archiepiscopus con-  
silio

Gelenus in  
vita S. En-  
gelberti.  
Ferdinandus  
in Monu-  
mentis  
Westph.  
pag. 22.

Ducatus  
Westphaliae  
Marschallus,  
dignitas ad  
Henricum  
Ep. Pad.  
transfertur.

Moritur  
Joannes I.  
ultimus Co-  
mes Clivien-  
sis quæ deinde  
devoluta  
ad Adol-  
phum Co-  
mitem Ma-  
conum.  
Trithemius  
scribit.

Simon III.  
Comes Lip-  
pensis fan-  
cit, ne Co-  
mitatus in  
plures in  
posterum  
partes divi-  
deatur.



filio atque opera Henrici Episcopi nostri, quem consanguineum suum scribit, in hanc rem conficiendam usus est. Nec multum exinde Godefridus Arnsbergensis Comes superstes, obiit anno 1371. 21. Februarii, magnifico in Basilica Metropolitana Colonia sepulchro illatus, cui hodie dum resupina armati viri statua imposita conspicitur.

Moritur Joannes II. ultimus Comes Cliviae, quae deinde devolvitur ad Adolphum Comitum Marcanum. *Tscherns krus.*

Sustulit & hic annus praeterea Joannem hujus nominis II. Cliviae Comitem, postremum ejus stirpis haeridem; cum neque ex Alheide Marcana, neque ex Mechilde Reinaldi Gelriae Ducis filia ullam prolem sustulisset. Mirum vero quantum utriusque Comitis majores pro familia firmanda augendaque, ex spoliis etiam sacrorum bonorum, bellando praedandoque contenderunt, tanquam aeterna stirps futura; quam tamen mors ex tam inani spe posteritatis in ipso demum flore familiae abrupit. Et vero cum neque ex Ottone, neque Theodorico Joannis Comitis fratribus proles mascula relicta esset; decertare pro Clivia adeunda ex feminea successione Otto Archelius, Theodoricus Hornensis, Engelbertus Marchiae Comes, Theodoricus & Adolphus Engelberti Marcani fratres; potitusque tandem Clivia Adolphus Marcanus; is nimirum, quem ex minorum ordinum gradu primum Monasteriensis Episcopum, post Coloniensem Archiepiscopum memoravimus, constantior Comes & maritus quam Episcopus; itaque actum cum Clivia.

Simon III. Comes Lippensis fante, ne Comitatus in plures in posterum partes divideretur.

Posteaquam vero ab obitu Simonis II Comitis Lippensis, Otto & Bernardus filii Comitatus Lippensem dividerant; is ne in posterum in alias atque alias partes laceraretur, Simon III, rogatu Richardae Bernardi Comitis viduae, legem sanxit, & in tabulas, quae supersunt, retulit, ne Comitatus quantum se trans sylvam ac cis eam porrigit, unquam dividatur, sed uni semper Domino pareat. Quod si plures filii suscepti fuerint, is imperet, quem Liptadium & Lemgovia acceptarint; ad quorum exemplum cetera oppida, Horna, Blomberga, Detmoldia & Castellani Vornholtenfes, Brakenses, Falkenbergenses, Blombergenses & Detmoldienses se accommodent. Quae &

hoc anno festo D. Joannis Evangelistae horum omnium sigillis confirmata sunt. Legem hanc postea Rudolphus II. & Ferdinandus II comprobarunt. Bono id consilio ad familiae potentiam firmandam factum, ne dum multi Comites aspicerentur, nullus ex his pro dignitate Comes esset. Sed tum facile erat hanc legem sancire, cum ceteris filiis ostia ad Canonicorum Collegia & Caenobia, altioresque in iis dignitates ad-eundas paterent, quae post ipsis a majorum religione descendentibus sunt occlusa.

Rudolph. anno 1593. Ferdinand. anno 1626.

Subtraxit & mors vicinum nobis Episcopum Mindensem Ottonem de Wettin, quem Viennam usque Imperatorem affectatum diximus, cum vix anni expleisset gubernationem, virum tam aetate provectum, quam eruditione & virtute conspicuum. Funus in templum Praedicatorum, quod vivus expetierat, 17 Julii deductum. Statimque ab excessu ejus cives Mindenses, facta per plebeos impetus eruptione, castra Vlote & Vornholt expugnant, & incendiis absumunt. Qua insolentia quoque abreptus Simon Comes Lippensis Oppidum Lubekenam invasit, inflammatumque suis cineribus involvit. Motus hosce Widekindus de Monte compressit, quem mox e patria Advocatorum nobilitate & Praeposito ejus Ecclesiae creavere Episcopum, virum gravem, & popularium gratia acceptum, omnique virtutum commendatione egregium.

Chron. Minden. Lerb. in Chron. Grantz. lib. 10. Metrop. c. 25. Otto de Wettin Ep. Mindensis moritur. Ei succedit Widekindus de Monte.

Et jam Florentius Monasteriensis Episcopus annum quintum gubernationis feliciter ingressus, multa eo tempore praecclare gesserat. Nam Steinfurdensem praepotentem Dynastam, quem tutorem dioecesis delegerant, facta transactione sibi intime conciliat; uti id publicis literis, quae supersunt, testatus est Dynasta; itaque sibi omniumque animos mira prudentia & humanitate devinxerat, ut quam invisus accesserat, tam gratus laudaretur ab omnibus; postquam visus est sacra insigni religione, & civilia sincera mente, magno dioecesis emolumento tractare, aes alienum dissolvere, quinque liberos Comitatus, quos Frigraviatus dixere, redimere, castra instaurare, hostium arma & incursiones fortiter propul-

Florentii Ep. Monast. felix gubernatio.



fare, multaque ædificia & molendina Coesfeldiæ, Wolbecæ, aliisque in locis opportune construere, quæ omnia suis impensis supra 10000 millia mar-

carum confecit. Haud inuili documento, non ex fama vulgique sermone, sed ex virtutum aspectu atque ipso experimento Principes æstimandos esse.

## Annus Christi 1369.

Urbani V. Pont. 7. Caroli IV. Reg. 24. Imp. 15.  
Henrici Spegelii Ep. Pad. 9.

*Chr. Colon. Trithem. in Chron. Breuier. lib. 18. Ann. Trev. Chron. M. Belg. Rebellio Nobilitatis & Civium Colon. contra Cuno, nem Arschiep.*

Cœperat magnis animis Cuno Treuirenſis Archiepiſcopus, & Colonienſis Eccleſiæ Vicarius, ampliffimam conuulſamque diœceſin Colonienſem in meliorem ſtatum feliciter componere; cum altero mox anno ab urbe Colonienſi & nobilitate exorta procella cœptum turbauit opus. Quippe Magiſtratus ac ciues ad imminuendam cleri immunitatem plebiſcito vetuere, ne in poſterum frumentum, vinum, ceteræque Cleri merces a tributis liberæ eſſent: ne vinum alibi quam in designatis a Magiſtratu domibus venderetur: ne quicquam emeretur a Clericis; adhæc alia illis onera, & veſtigalia impoſita. Cuno cum antiquari decretum peteret a Magiſtratu, eo quod veteri juri & libertati derogaret, nec quicquam impetraret; conſulto Pontifice, urbem interdicto ſubjecit. Quo ciues magis exacerbati, cum iniquiora etiam minitarentur; Cuno omnem Clerum ex urbe in vicina oppida migrare iuſſit. Stetitque urbs octodecim menſibus omni ſacrorum uſu orba. Acceſſit alterum malum ex nobilitate, quæ, ſeu conſpiratione civium incenſa, ſeu odio Cunonis, licentiaque ætatis illius, ad

arma proſiliit, & diœceſin ſpoliis & hoſtilibus armis peruaſit. At Cuno excelsi animi præful, horum impatiens, toparchas & clientes ad arma conuenire iubet; acricque prælio into, caſa proſtigataque nobilitas: capri ad ſexaginta ordinis equeſtris viri victori ceſſere Cunoni,

Per hanc quoque tumultuarii belli licentiam Theodoricus Marcanus Dinslaci Dominus, quem ſupra Oſnabrugeniſis diœceſis Adminiſtratorem retulimus, urbem Tremonienſem per inſidias tentauit intercipere, veteri Marcanorum in Tremonienſes odio inflammatus. Dolus in hunc modum compoſitus erat. Plauſtra aliquot ſœni, quibus armatos milites incluſerat, in urbem ducit. Militibus imperatum, dum plauſtra portas intrarent, exſtiterent, excubitoresque civium obruncarent, dum ceteræ cohortes in propinquo abditæ aduolarent. Sed detecta in ingreſſum fraus. Extracti obruncati que milites. Rei etiam conſpirationis ciues publico capitis ſupplicio in foro plexi. Liberatæ ciuitatis annuam ſupplicationem grati ciues decrevere.

*Brav. in theatro urbis in Tremon. Theodoricus Marcanus urbem Tremonienſem intercipere tentat, ſed irritum conatu.*

## Annus Christi 1370.

Urbani V. Pont. 8. Caroli IV. Reg. 25. Imp. 16.  
Henrici Spegelii Ep. Pad. 10.

Interim Cuno Archiepiſcopus cum animo ſuo reputans tantæ negotiorum moli, quam ex difficili geminæ diœceſis procuracione ſuſceperat, vires ſibi uni non ſufficere, duo ſibi ſapienter faciendæ cenſuit; tum ut Mareſchallum Ducatus Weſtphaliæ conſtitueret, qui in partes laboris veniret: tum ut abdicatæ Colonienſis Eccleſiæ adminiſtracioni alium Archiepiſcopum ſubrogandum curaret. Utrumque hoc anno milleſimo trecentefimo ſeptuageſimo ex conſilio & aſſenſu primarii Collegii confecit. Nam primum evocatum ad ſe Henricum Spegelium Paderbornen-

ſem Episcopum noſtrum, quocum hætenus multa de Weſtphaliæ gubernacione pertractarat, Mareſchallum Ducatus Weſtphaliæ cum approbacione ordinum nominauit. Magni hunc virum æſtimabat Cuno, quem inter Weſtphaliæ Præſules ac Principes non modo ſibi conſanguinitate junctum, & præclare de ſe & Eccleſiæ Colonienſi meritum, ut in publicis hac ſuper re tabulis teſtatur Cuno, ſed & ingenio manuque militari promptum, auctoritate inter ſuos præſtantem, & confinibus Paderbornenſis noſtræ diœceſis potentia ſubnixum, agendique ſolertia celeberrimam habe-

*Henricus Ep. Pad. Mareſchallus Ducatus Weſtphaliæ a Cuno Archiep. Colon. conſtituitur.*



habebat. Nec ingravate Spegelius Mareſchalli munus admittere viſus; quod eo imperio & dignitate auctus, ſimul ſuam diceceſin & Corbeienſes eo potentius tueri poſſet adverſus vicinos Comites hoſtesque. Hinc forte etiam ſpem ſibi fecerat poſſe eam dignitatem firmiori aliquo mutæ deſenſionis inter utrumque Epiſcopatum nexu Paderbornenſi Eccleſiæ conjungi. At priusquam Cuno hanc ſupremi Mareſchalli dignitatem transferret in Spegelium Epiſcopum noſtrum; multis præſcriptis conditionibus actum in hoc conventu Præſulum Colonienſis Eccleſiæ: de fide videlicet inter utrumque Epiſcopum, de obedientia & obſequio omnium Satraparum, Caſtellanorum, Oppidorumque Mareſchallo præſtando: de bellis gerendis, de impenſis & damnis ſarciendis, caſtrorum deſenſione, limitum cuſtodia, & quæ ejuſmodi prolixis admodum tabulis Gudeſbergæ Anno Mccclxx pridie Nonas Aprilis, ac feſto D. Ambroſii, quod tum eo die ex mortis ejus memoria agebatur, conſignatis exponuntur, & apud nos in tabulario patrio ſermone conſcripta ſervantur. Hiſce ſimul literis profitetur Cuno & Canonici majoris Eccleſiæ Colonienſis, Mareſchalli munus Godefrido Arnsbergenſi Comiti octo millibus aureorum oppignorum fuiſſe, atque ad id redimendum, ne qua vel a Godefrido Comite, vel a conſanguineis liſ moveretur, eadem pecuniæ ſumma, quæ ab Henrico Paderbornenſi Epiſcopo repræſentata fuit, Mareſchalli munus redemptum fuiſſe. Invicem a Cuno & Colonienſibus pignori ceſſiſſe Epiſcopo & Paderbornenſi Eccleſiæ caſtrum Hoveſtadium, Rudenam, Nordenar, Cogelenbergam, Almam & Oppidum Luden cum proventibus Ducatus Weſtphaliæ, & qui caſtris illis proventus bonaque Colonienſium innexa hærebant.

Atque ea dum hebdomada ante ſolemne in Eccleſia Palmarum diem aguntur, ruriſum pridie Palmarum conventum. Quo in congreſſu ordinum Cuno ſolemni ritu Henricum Epiſcopum noſtrum Mareſchallum totius Ducatus Weſtphaliæ, hiſce literis renunciat.

*Cuno Dei gratia ſanctæ Trevirenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, ſacri Imperii*

*per Galliam Archicancellarius, Vicarius Eccleſiæ Colonienſis in ſpiritualibus & temporalibus authoritate Apoſtolica deputatus, Dilectis nobis univerſis & ſingulis Caſtrenſibus, vaſallis, ac in Suſato, in Hervordia, & aliorum quorumcunque Oppidorum officii Mareſchalcatus Eccleſiæ Colonienſis in Weſtphalia Oppidanis & univerſitatibus, nec non quibuſcunque fidelibus & ſubditis in dicto officio Mareſchalcatus reſidentibus, ſeu ad ipſum pertinentibus, gratiam noſtram cum ſalute. Noveritis quod Nos de legalitate ac fidelitate, & induſtria venerabilis in Chriſto Patris Domini Henrici Epiſcopi Paderbornenſis conſanguinei noſtri dilecti, ſingularem fiduciam obtinentis, ac ad ſuccurrendum tribulationibus & invadentium inſultibus, quibus graviter angariamur, ipſum de conſilio & voluntate venerabilium Decani & Capituli Eccleſiæ Colonienſis noſtrum Mareſchalcum in Weſtphalia fecimus & conſtituimus, facimus & conſtituimus per præſentes juxta formam & continentiam aliarum literarum noſtrarum inter nos & dictum Dominum Epiſcopum ſuper eo conſectarum, vobis & cuilibet veſtrum idcirco ſub debito fidelitatis, quo nobis & Eccleſiæ Colonienſi conſtringimini, mandantes, & ſeriſe volentes quatenus eidem Epiſcopo tanquam vero veſtro Mareſcalco in omnibus licitis & honeſtis, in judiciis & extra, pareatis fideliter & intendatis. In quorum teſtimonium Vicariatus noſtri ac Capituli Colonienſis prædicti ſigilla præſentibus ſunt appenſa. Quod Nos Decanus & Capitulum prædictum profite-mur eſſe verum. Datum Gudeſberg, Anno Domini Mccc ſeptuageſimo in vigilia Palmarum.*

Hunc fere in modum Cuno pridie Paſchatis Gudeſbergæ literas dedit ad omnes Satrapas, Præfectos, Caſtrenſes; quibus ſignificat, Henricum Paderbornenſem Epiſcopum a ſe & Colonienſis Eccleſiæ Præſulibus ac Canonicis totius ducatus Weſtphaliæ, Comitatus Arnsbergenſis, & veſtæ Rechlinghuſanæ Mareſchallum præſtitutum eſſe. Quare ejus imperio, ſecundum ea, quæ tranſacta ſunt, pareant, caſtra & Oppida pateſfaciant, mutuis, fidisque auxiliis præſto ſint.

Et Henricus Epiſcopus noſter, ut fidem ſuam exſolveret in numeranda pecuniæ

Brav. in  
theatro ur-  
bium in  
Tremen.  
Theodori-  
cus Marci-  
nus urbem  
Tremoni-  
enſem in-  
tercipere  
tentat, ſed  
irrito co-  
nato.

Henricus  
Ep. Pad.  
Mareſchal-  
lus Ducatus  
Weſtphal-  
iæ a Cuno  
ne Archiep.  
Colon. con-  
ſtituitur.



Parti pecu-  
niae con-  
ventae ad  
redimen-  
dum offi-  
cium Ma-  
reschalli ab  
Henrico Ep-  
numeratur

cuniae summa, qua Mareschalli munus a Comite Arnsbergensi redimendum convenerat, festo Christi Ascendentis in Caelum quinque millia florenorum, partem videlicet conventae summæ, numeravit. Quod hæc apocha commonstrat.

Nos Joswinus de Duysberg Canonicus Ecclesie Coloniensis, & Burchardus de Westerbolte Pastor Ecclesie in Holtheim Coloniensis diocesis, notum facimus universis, Quod honesti viri Domini Johannes de Wintzingeroyde Canonicus & Camerarius Ecclesie Paderburnensis, Fridericus de Brencken miles, & Bertoldus de Geysmar Oppidanus in Wartberg ex parte Reverendi Patris Domini Henrici Episcopi & Ecclesie Paderburnensis in parata & numerata pecunia nobis ex parte Domini nostri Domini Archiepiscopi Trevirensis & Ecclesie Coloniensis presentibus, & ad id juvantibus, realiter tradiderint & persolverint nobili viro Domino Godfrido Comiti de Arnsberge, ac suis amicis recipientibus & levantibus quinque millia florenorum ponderosorum ratione redemptionis officii Marscalcatus terræ Westphaliæ, eidem Comiti obligati. Sic quod nos nomine dictæ Ecclesie Coloniensis, & præfatus Comes pro se de solutione dictorum quinque millium florenorum plene contentamur, & est contentus. In quorum testimonium sigilla nostra appendimus huic scripto. Datum Anno Domini Millesimo trecentesimo septuagesimo in die Ascensionis ejusdem.

Intestinum  
bellum in-  
ter Arnol-  
dum a  
Brencken  
& Wene-  
marum a  
Furstens-  
berg, No-  
biles Dico-  
ces. Pad.  
& Colon.

Quæ dum uterque Episcopus pro bono publico tractat, oritur intestinum privatumque bellum inter utriusque Dynastas, Arnoldum a Brencken & Wennemarum Furstenbergium, quorum ille diocesis Paderbornensis, hic Coloniensis erat; quo bello utriusque diocesis nobiles inter se collisi, quos uterque cum clientibus suis in socialia arma, ut tum moris erat, pertraxerat. Causa belli incerta. Acri interim certamine inter se commissi; profligatique Brenckii sese in Monasterium Virginum Canonicarum Bodecense, quod angusto aditu in valle inter abrupta montium situm est, retraxere. Furstenbergius victor ac prædabundus hostem infecutus, in diocesin Paderbornensem irruit: Cœnobium Bodecense, quo ca-

stri in modum se incluserant Brenckii; oppugnat; nec prius expugnati Brenckii, quam injectis ignibus (seu fortuito id casu factum sit, seu nobilium furentium licentia) Cœnobium cum templo conflagrarit. Sane Furstenbergius cum suorum militum culpa id factum agnosceret, ingentem pecuniam submitit; qua & Cœnobium instauraretur, & damnum innoxiiis Virginibus compensaretur. Verum ut monumenta Bodecensium memorant, ea pecunia a Brenckiiis intercepta interversaque est; & Furstenbergius, quod alterum sincerae mentis argumentum dedit, ob damna diocesi Paderbornensi a suo milite illata, cum Henrico Spegelio Episcopo ex æquo bonoque composuit. Quam in rem Furstenbergius adesse voluit. Fridericum filium suum, egregium non minus pro ingenio Patris bellatorem, multisque bellis, ut tempori narrabimus, de Friderico Coloniensi Archiepiscopo meritum. Et hi Furstenbergii, quorum fedes erat in castro Watterlappio, stirps nostrorum ad hæc tempora Baronum Furstenbergiorum. Transactio vero in hunc modum facta est.

Nos Wenemarum de Forstenberg & Fridericus ejus filius presentibus literis protestemur, & testatum facimus, nos cum venerabili Domino Henrico Episcopo Paderbornensi in hæc pacta amice convenisse: quod omnibus actionibus, quæ nobis in illum, & illius subditos possent competere, & super sedebimus, quoad prædictus Dominus vixerit. Quod si autem inter ipsum aut ejus subditos, & nos nova deinceps oriretur controversia, eam intra quatuor hebdomadas coram Episcopo prædicto jure prosequemur; quo temporis spatio, si jus redditum non fuerit, liberum nobis erit, salva hac transactione, eum adire, qui jus nostrum nobis tribuat. Contra si Episcopo aut illius subditis nova nobiscum controversia post hæc intercedet, eaque super re appellabimur, intra proximas quatuor hebdomadas id quod justum erit faciemus. Casu autem quo Episcopus officio Marescalli Westphaliæ abiret, & Coloniensibus bellum inferret, fas erit nobis salvis his pactis Coloniensi Archiepiscopo optulari. Porro si Episcopus, aut illius subditi nos hostiliter aggredierentur, salvis item his literis, nobis licebit vicissim hostilia facere. Quæ uti conventa sunt, Nos Wenema-

Convenit  
inter Wene-  
marum Fur-  
stenbergi-  
um & Hen-  
ricum Ep-  
Paderb.



nemarus ac Fridericus ejus filius bona fide, quæ juramenti loca valeat, firmiter ac sine dolo nos observaturos pollicemur. In cujus rei testimonium sigilla nostra presentibus literis appendimus. Datum anno Domini Mccclxx feria quinta post octavam Apostolorum.

Cuno ad ministratio ne Diocesis Colon, se abdicat: Subrogatur ei Fridericus Sarawerdæ Comes, & nepos ex Sorore. *Bravver. l. 18. annal. Trevir. Gelenius in sacra. l. 1. syn. VI. Caron. M. Belg. Civ. Colon. Trubem. in Chron. Spanheim.*

At Cuno Archiepiscopus, postquam de Marefchallo providerat Ducatui Westphaliæ, hoc etiam anno salubriori consilio de certo Colonienfi Archiepiscopo subrogando agere cepit, in quem alterum onus ex humeris suis rejiceret. Quam in rem Canonicorum majoris Ecclesiæ senatum, Capellam, quod Oppidum est haud procul Confluentia, advocavit; ac suo primum consilio Fridericum Sarawerdæ Comitem, ex sorore Falckensteiniana nepotem, ac Canonicum Colonienfis Ecclesiæ commendavit eligendum, juvenem magni ingenii, & virtutum ornamentis conspicuum, qui per id tempus absens in Bononiensi academia trans alpes sacrarum studiis operam dabat, Cunionis consilium probavere Canonici; ac mox Fridericum delegere Archiepiscopum, quem satis intelligebant Trevirensium ope his turbatis temporibus potentius præmunitum fore. Id ubi Carolus Imperator didicit, ægre tulit; egitque apud Urbanum Pontificem pro Joanne Episcopo Argentinensi, quem ex Wenceslao fratre habebat nepotem, ad eam dignitatem transvehendo. At postquam Fridericus sese Pontifici coram obtulit, Pontifex memor familiaritatis, quam Bononiæ secum contraxerat, præsentem renunciavit Archiepiscopum, scriptisque ad Canonicos literis magnopore cohortatus est, ut omnium ope conaixi in possessione collocent, & juventutem ejus maturis consiliis adjuvent. Ita vero anno proximo Fridericus in Coloniensem Archiepiscopatum introductus; quem exinde magnifice & sapienter per 44 annos administravit, Henrico Spegelio Episcopo nostro, haud secus quam Cuno, eodem vinculo cognationis & animo conjunctissimus, quæ res multum contulit ad patrocinium felicitatemque hujus diocesis.

Henricus Episcopus noster qua erat auctoritate, pro Marefchalli munere hoc statim anno vicinos Episcopos, Co-

mites, Dynastas, & civitates Westphaliæ ad publicum fœdus adversus prædones & publicæ pacis perturbatores adduxit, quod & publico omnium juramento confirmatum est. In hoc tam salutare fœdus accessere Fridericus Colonienfis Archiepiscopus, Wenceslaus Dux Brabantiæ Caroli Imperatoris frater, Wilhelmus Dux Juliacensis, Adolphus Clivenfis Comes, Colonia, Aquisgranum, Tremonia, ceteraque potentiores civitates. Nam per id tempus magna fœdaque Comitum, Nobilium, ac prædonum licentia erat, qua & Wilhelmus Montium Comes haud procul Tremonia captus abductusque, nec prius libertati redditus, quam 40000 veterum scutorum penderet; quanquam id alii ad annum 1374 referant. Audaciore etiam facinore Engelbertus Marcanus Comes Ludinghusanum Oppidum Monasteriensis diocesis, ac feudum Werthinensis Abbatis, obsedit expugnavitque, ejecto Hermanno Ludinghusano milite. Id licet Florentius Monasteriensis Episcopus pacis studio dissimulandum censeret, Ordo tamen nobilium cum id ferre nollet, contra Principis & Episcopi sui voluntatem & auctoritatem ad arma convolvit. Horum ductores Hermannus & Bernardus Drostii Steinfurdensis, Merfeldus, ceterique Dynastæ equestris ordinis viri; Ludinghusium armatu manu recipiunt. Cæsi Marcani complures, Marcanus Comes ægre fuga elapsus. Ob id factum, quo publicum pacis fœdus violatum erat, utriusque partis rei postulati suscipiunt, multa 4000 scutorum damnantur a pacis conservatoribus, quos inter Henricus Episcopus noster supremus judex confidebat; qua multa, ut se eximeret, Monasteriensium nobilitas, facta ab Episcopo suo secessione, descendit ad Eduardi Geltriæ Ducis præsidium; sed & ille haud multo post in pugna Baccwilerana extincto, deserta a Geltris. Qua opportunitate Florentius nobiles adorsus, alium post alium oppressit, & fortunis exutos in ordinem redegit. Observatumque nobilitatem Monasteriensium, quamdiu cum suo Episcopo concors pugnavit, opibus & gloria ante ceteros floruisse; ac postquam ab hoc magnanimo Episcopo primum obieri cæpere, multum a priori potentia & felicitate excidisse.

Fœdus publicum plurimum Comitum, Nobilium, Civitatum, auctoritate Henrico Episcopi Paderbornensis.

Ordo Equestris Diocesis Monasteriensis Episcopo suo rebellis succumbit.



*Chron.  
Mind.  
Mortitur  
Henricus  
de Hervord  
dia, cele  
bris sua æ  
tate scrips  
tor.*

Nono Octobris hoc anno, quo festum D. Dyonisii agitur, obiit Henricus de Hervordia, ortus ex Hervordia oppido Comitatus Ravensbergenfis & dicecesis nostræ, a primo ætatis flore cooptatus in familiam D. Dominici, sacerdos religione & doctrina inter suos ea tempestate celebris. Historiam a condito orbe ad sua tempora triplici ac grandi librorum volumine complexus est; quorum duo priora asservantur a Ferdinando Episcopo, tertium per aliorum manus distractum; nullum adhuc ha-

tenus publicæ luci datum. His ille laboribus scribendo dictandoque Mindæ immortalis, sepultusque est ante chori ostium in æde sui Cenobii. Corpus ejus Carolus IV Imperator, cum post septennium Mindam adiret, ob præclaram nominis famam, laboresque pro Republ. in scribendis historiis susceptos, exhumatum honoratori loco ante principem aram condi jussit. Tantum honoris sapientissimus Cæsar viris doctis, quorum amans erat, historicisque de-

## Annus Christi 1371.

Gregorii XI. Pont. I. Caroli IV. Reg. 26. Imp. 17.

Henrici Spegeii Ep. Pad. II.

*Trithem.  
Serrar. in  
Mogunt.  
Brusch.  
Obitus Ur  
bani V.  
Pont &  
Gerlaci Nas  
sövii Ar  
chiep. Mo  
guntini.*

Fine anni præcedentis, XIX videlicet Decembris, moritur Urbanus V Pontifex, postquam mense Septembri ex Italia in Gallias rediisset; id quod ei religiosus quidam, ac D. Brigitta futurum prædixere, si deserta Roma Avenionem repeteret. Subrogatus Petrus Rogerius Cardinalis, gente Aquitanus, appellatusque Gregorius eo nomine XI, a quo post Apostolica sedes Romam reducta est. Obiit & hoc anno Gerlacus Nassövius Moguntinus Archiepiscopus, Metropolitanus noster, in cujus locum Canonici postulavere Cunonem Trevirensem Archiepiscopum; sed cum ille hanc dignitatem recusaret, elegere Canonici Adolphum Nassövium Gerlaci fratrem, qui per id tempus Spirensis Episcopus erat. Verum & hanc electionem turbavit Carolus Imperator, impetravitque sedem a Gregorio Pontifice. Joanni Argentinenfi Episcopo, ex Wenceslao fratre nepoti, viro probò quidem nec inutili, sed qui pro simplici indole tanti muneris amplitudinem auctoritatemque non expleret.

Hoc præterea anno Cuno Archiepiscopus, ob præclara merita fidemque sibi & Colonienfi Ecclesiæ hætenus præstitam, Henrico Episcopo nostro, quem Marschallum Ducatus Westphaliæ superiori anno fecerat, etiam Comitatus Arnsbergenfis supremam præfecturam tradit, illiusque imperio Arnsbergam; ejusque Comitatus castra & oppida submittit. Quam in rem publicæ apud nos tabula extant, patrio sermone conscriptæ, ipsiusque Cunonis sigillo Dominica tertia Quadragesimæ

firmata, quo conficitur Cunonem adhuc Vicarii munere in hunc etiam annum præfuisse Colonienfi Ecclesiæ, secus quam Colonienfium Scriptores tradunt, Fridericum Archiepiscopum anno superiori introducendo. Igitur Fridericus Archiepiscopus postquam hoc anno primum dicecesin ingressus; magnis animis felicique successu sacram præfecturam suscepit; primumque illi negotium fuit, cum Magistratu ac civibus Colonienfibus in concordiam venire; quos cum deduxisset ad iniquum senatus consultum, quod sanxerant adversus cleri libertatem, abrogandum, reducto in urbem clero, usum sacrorum restituit. Inde postea ad ipsum clerum formandum postridie D. Remigii celebrem totius dicecesis synodum convocavit; in qua cum vetera Archiepiscoporum decreta sint renovata, tum multis novis ac salutaribus statutis cleri populique disciplinam in melius composuit. Hisce domi sapienter constitutis, armatus Comitatum Newenaricum ingressus, Newenariam, Gustorpium, Rodenbergam, Brecken-dorpium, Mertzzenichium, ceterasque nobilium prædonumque arces captas evertit. Cum iterea urbs Colonienfis sedeo cruentoque dissidio tumultuaretur; modo civibus adversus Magistratum pugnantibus, duplicemque senatum, quorum alter ex patriciis, alter plebeis constaret, extorquentibus: modo senatu cum senioribus civibus adversus textorum & pannificorum rebelles tribus digladiantibus. Haud alias civili magis sanguine conspersa Agrippina, quæ vindicis Dei pena consecuta urbem

*Suprema  
Comitatus  
Arnsberg.  
præfectura  
Henrico  
Ep. Pad.  
a  
Cunone  
committi  
tur.*

*Fridericus  
gubernatio  
nem Archie  
p. Colon.  
aggressus,  
multa pen  
dent or  
dinat.*

*Wennem  
rus Fursten  
bergius sus  
premo Du  
catus West  
phaliæ Sas  
trapa a Fri  
derico Ar  
chiep. con  
firmatur.*



urbem videri poterat, ex quo jura facrorum & libertatem violarat. Administrabatur interea Ducatus Westphaliæ per Henricum Episcopum nostrum ac Marefchallum, magno Friderici Archiepiscopi levamento, magnaque ordinum concordia. Is & hoc anno tria millia florenorum, quæ ex priori summa empti Comitatus Arnsbergensis restabant, Friderico Archiepiscopo in congressu ceterorum ordinum numeravit. Qua super reservantur apud nos literæ Friderici Archiepiscopi manu & sigillo Gudesbergæ eo die, qui ad Petri vincula facer agitur, consignatæ.

Wennemarus Furstenbergius fuit primus Ducatus Westphaliæ Sæptuaginta Friderico Archiepiscopo concessit.

Nec multo post Fridericus Archiepiscopus, postquam Ducatum Westphaliæ perlustrarat, Wennemarus Furstenbergium, veteri non minus equestrium nobilitate quam militaribus artibus egregium, Arnsbergensis Comitatus supremum præfectum ac Satrapam imponit: hisce simul legibus præscriptis, ut fidem & obsequium Coloniensi Ecclesiæ præster: castra, oppida, jura, atque incolas Comitatus pro virili defendat, neque quicquam detrahi patiatur: hostis sit omnium, quoquoque hostiliter Coloniensem Ecclesiam aggressi fuerint: non permittat nova castra arcesque excitari: Marefchallo Ducatus Westphaliæ fida in omnibus opera bellicque manu adsit: bella quæ gesserit, Archiepiscopi impensis gerat; uti in hanc rem multa præscribuntur, datis Brunbergæ literis, anno Mccclxxi, consequente post festum D. Lucie die.

Ad hunc modum suprema illa præfectura Arnsbergensis, quæ a Cunone Archiepiscopo paulo ante data erat Henrico Episcopo nostro, translata est in Wennemarus Furstenbergium; seu ut fidem ex nobilitate sua illi adiutorem bellicque socium adderet, ne totius Westphaliæ ducatus gubernatio penes externum Principem esset: seu ut Furstenbergium bellicosum virum, quemadmodum proximo contra Brenckios bello ostenderat, sibi arctius devinciret, & cum eo magnam nobilitatis partem ad se traheret, in quo haud minus, quam in ipso Marefchallo præsidium habiturus esset.

Reperiuntur etiam vetustæ apud nos literæ, Castrensiū Strombergen-

fium, quibus Adolphus de Battenhorst miles, Joannes Burgravius Strombergenfis, Lambertus de Battenhorst, Lambertus Valcke ministri, ut se vocant, & Castrenses Strombergenfes perpetuam Castrensem pacem cum Henrico Paderbornensi, & Successore, totoque Capitulo juramento firmatam composuere; sicuti eandem a Florentio Monasteriensi Episcopo suo & Collegio Cathedrali probatam produxere. Termini hujus pacis servandæ includuntur via, qua prodigiosa crux circumfertur. Literæ tribus sigillis signatæ; quorum primum tribus avibus, alterum leunculo erecto, tertium transversis trabibus notatur: adscriptus annus Mccclxxi, dies, Nativitas S. Joannis Baptistæ.

Magnopore hæc pacis fœdera sollicitabantur, quando omnia circum personabant armis. Et hoc anno grave etiam bellum inter Wenceslaum Brabantiae Ducem, Caroli Imperatoris fratrem, & Wilhelmum Ducem Juliacensem exarsit. Causa belli prædæ & spolia negotiatorum, quæ impune permittebat Juliacensis nobilibus suis, quæque ex imposito munere ultum ibat Brabanticus. Quare validus ab eo contractus exercitus ex Belgio, Gallia, Lotharingia. Nec seignior Juliacensis traxit in societatem belli, Joannem Nassovium Comitem Dillenbergæ, Rupertum Nassovium Hadimariæ Dominum, Gerardum Comitem Catzenelenbogi-cum, Eduardum Gelriæ Ducem, Wilhelmum Montium Comitem, quocum ingens Westphalorum nobilium & ignobilium multitudo confluit, prædis Brabanticorum illecta. Postquam apud Baefwilerium inter Rhenum & Mosam acies 22 Augusti in conspectum venere, decertatum est cruento prælio, quod a variis descriptum est varie. Profligatus ad extremum Brabanticus, occubere utrimque octo armatorum millia; ex his septingenti equestris ordinis, interque hos Eduardus Dux, quem florem Gelriæ appellabant, cecidit. Numerus captivorum duorum millium fuit, quibuscum & Wenceslaus in potestatem Juliacensis venit. Abdita Dei consilia! qui justa causa pugnabat, vincitur, capitur, & in Nideccanæ arcis carcerem compingitur.

Eduardo Geldro occiso, Reinaldus frater e decennii carcere extrahitur ad M m regi-

Castrensis pax a quibusdam Nobilibus ini-ta.

Cruentum bellum inter Ducem Brabantiae, & Juliacensem, Trithem. Fossard. Annal. Flandr. Chron. M. Belg. Chr. Colon. Pont. in Gelr. Rudolphus de Ricco apud champagne. Brovver. lib. 18. Annal. Trev.



regimen; sed & illo triduo post extincto, & in eundem cum fratre tumulum illato, Nassavica simul cum his stirps, quæ trecentis annis Gelriam tenuerat, succisa fuit; Geldriaque exinde potitus Wilhelmus Juliacensis Dux, Julia illam conjunxit.

Nobilium  
Monast.  
conspiratio  
contra Epi-  
scopum  
suum.

Fuit & suis hoc anno turbis agitato Florentius Monasteriensis Episcopus. Abierat is trans Rhenum ad paternam Wevelinghovanam sedem; protractaque aliquanto longius absentiae mora, conspiravere nobiles in Episcopum, sparsa in vulgus fama Florentium Avenionem ad Pontificem profectum esse, ut in potestate Pontificis deponeret Episcopatum; alteri in perniciem dicecesis conferendum. Quibus falso persuasis, fœdera ineunt ordines, constituitur novus dicecesis Gubernator, creantur cum potestate necis vitæque iudices Florentio infesti; nec alia hujus odii causa arrepta, quam quod privilegia a Conrado Montium Comite, obtrusoque antehac Episcopo data nobilibus Florentius auctoritate Pontificis abrogasset. Postquam a Rheno regressus Florentius, reperit omnia conturbata in dicecesi sua, & quod iniquissimum erat, ab ingressu est prohibitus; quæ res adeo optimum afflixit Episcopum, ut cum quadraginta annorum vitam ageret, nulla adhuc capitis canitie asperam, intra paucos dies incanescere sit visus. Igitur non prius in dicecesin receptus est a nobilitate, quam certis conditionibus vetera quædam pacta renovaret; at ille postquam plenum gubernationis clavum rursus adeptus, inito cum Engelberto Marcano Comite fœdere, suisque cum Marcano armis conjunctis, Dincklagam, Odingam, Brochusium, Loenhufium, ceteraque nobilium & prædonum castra arcesque expugnatas evertit, nobilitatiq; frenum iniecit. Meppiam etiam ad confluentes Amasis & Hassæ fluvium fossis ac muris inclusam præmunitamque ex pago hostibus objecit.

Erruimus,  
in Chron.  
Osnabrug.  
Cleinforz.  
in Chron.

Arfit & vicinius nobis bellum inter Simonem Lippia & Ottonem Teclenburgi Comites. Belli causam Rhedæ castrum Oppidumque ad Amasis flumen dedit, quæ Lippiensis a Teclenburgico cum dynastia repetebat; frustraque inter lites consumptis literis,

Lippiensis armis aggreditur Teclenburgicum. Quibus ille pressus, implorat Wilhelmum Montium Comitem, virum ea tempestate bellicosum, simulque Ravensbergenfem Comitem. Nihil his territus Lippiensis arma convertit in Montium Comitem, vicinumque sibi Comitatum Ravensbergenfem spoliis & depopulatione pervasat. Tum vero quod uterque hostilibus armis læsus esset, Teclenburgicus & Montium Comes corpus jungunt; quibus in Comitatum Ravensbergenfem progressi, Lippiensem conferto prælio profligant, captumque abducunt. Victo jam ex forte agendum erat Lippiensi, & implorare aliorum opem; miseratusque Lippiensis casum Engelbertus Marcanus Comes arbitrum sededit, pacemque in has leges composuit. Simon Lippiensis filiam suam daret in Matrimonium Teclenburgico, & cum ea arcem Rhedanam in dotem transcriberet; deinde Lippiensis pro lytro penderet victoribus octo marcarum millia puri argenti; quam summam cum exhaustus Comes repræsentare non posset, exposuit Marcanus; ea vero cum a Simone non redderetur, anno 1376 pignori accepit a Lippiensi arcem Lipperodiam, ipsumque Lippiense oppidum. Tanta jactura, ut sit, inferenti bellum fuit. Inde arx Rheda oppidumque & dynastia, quæ feudum fuit Episcopi Monasteriensis, mansere in potestate Teclenburgicorum. Repetunt quidem hæc Lippienses, quod ex filia Elica, haud multo post extincta, nulla proles suscepta fuerit; sed lite in hunc modum prorogata, possessio Teclenburgicis patrocinatur.

Bellis hisce, etsi in vicinia flagrarent, nondum se miscuit Henricus Episcopus noster, qui id unum agebat, ut pacis fœdera legesque, quæ ipso auctore sanctæ erant servarentur. Salubriori etiam consilio Henricus Episcopus noster, ut se potentum nobilium ope muniret, permisit Bernardo ab Hörde, præpotenti ex equestri ordine viro, ad Luppiæ flumen intra dicecesin Paderbornensem castrum Boock construere, loco a Caroli M. ætate etiam celebri; quod Hördius, ubi absolutum fuit, ultro clientelare fecit Episcopo & Paderbornensi Ecclesiæ. Anno dehinc 1376 ex assensu Collegii Cathedralis Tem-  
moni

Pideritis  
in Chron.  
Lippien.  
Gen. 8.  
Tijchemach  
p. 2, 6.  
Simon Co-  
mes Lippi-  
ensis Comi-  
tem Teclen-  
burgicum  
bello ag-  
greditur,  
sed infelici  
succedit.

Tribem. in  
Chron.  
Spanhem.  
Brouwer. 1.  
18. annal.  
Cor. Colon.  
Imperator  
laborat pro  
redimendo  
Wenceslao  
fratre, a  
Duce Julia-  
tenti capto.

Castrum  
Bokense a  
Bernardo  
ab Hörde  
construitur



moni ab Hoerde, Friderico militi, Theodoro, Bernardo, Engelberto & Temmonis filiis pro 150 marcis pignori op-

posuit villam regiam in vico Ervete; ea tamen lege, ut quovis tempore redimi posset.

## Annus Christi 1372.

Gregorii XI. Pont. 2. Caroli IV. Reg. 27. Imp. 18.

Henrici Spegelii Ep. Pad. 12.

*Trithem. in Chron. Spanhem. Brover. l. 18. annal. Chr. Colon. Imperator laborat pro restituendo Wenceslao fratre, a Duce Juliacensi capto.*

Subeunte dehinc anno fluentis sæculi septuagesimo secundo, Carolus, accepto fraternæ cladis nuntio, ingenti dolore accensus, retulit ad Imperii Principes de Wenceslao fratre e manibus Juliacensis redimendo; & cum parum promoveret, Treviros se contulit ad Cunonem Archiepiscopum, columnen ea tempestate Imperii; collatisque cum eo consiliis Aquisgranum cum Imperatrice proficiscitur. Deducebantque Imperatorem Episcopi omnino undecim, Duces novem, Comites novem, centum equestris ordinis viri, majori pompa quam militari robore; eo tamen splendore territus Juliacensis, Imperatoris arbitrio se accommodavit: postulatus ad dicendam causam, Aquas accessit; bellum, an pacem vellet, rogatus, pacem promptus acceptavit, captumque Wenceslao Imperatoris fratrem gratis dimisit. Qua liberalitate Ducis provocatus Imperator, filio ejus Wilhelmo Ducatum Gelriæ fiduciario Imperii jure capeffendum tradit: de ceteris captivis, quantum æquum esset, lytrum exigere permittit. Multum in hanc rem contulit Fridericus Coloniensis Archiepiscopus, cujus auctoritate & consilio hæc transacta sunt inter Cæsarem & Ducem Juliacensem, quorum ille vicissim præsidio fultus Coloniæ solemni inaugurationis pompa ingreditur, honorificentissimeque a Clero & populo obviam procedente exceptus, pro more in æde Metropolitana exquisito sacrorum apparatu sacrificium Missæ cantando peregit; mutuo deinde sacramento fidei ab urbe & Archiepiscopo palam edicto, omnia in veterem concordiam rediere.

Nullum per id tempus perniciosius malum grassabatur per Imperii viscera, quam tumultuaria Comitum nobiliumque arma, & prædonum spolia; dum videlicet Imperii languebat auctoritas; Imperatorque legibus magis ac consiliis, quam armis consulere Republicæ. Quapropter ad hæc vulnera

sananda ultro Principes & civitates in certa fœdera, juratamque armorum societatem convenere; idque ut in Suevia & superiori Germania factum tradit Argentinenfis & auctor Chronici Elwancensis; ita in Saxonia, Ottone Duce Brunfwicensium auctore, confœderatio Stelligerorum instituta fuit, nomine a Stella ducto, quam proceres auream, ceteri armigeri argenteam chlamyde insutam gerebant. Fœderis hujus conjuratio erat, mutuis sese armis tueri, & qui unum fœderatorum læssisset, omnium hostis peteretur. Late hæc factio se per Saxoniæ, Thuringiam, Hassiam, Buchoniam pertinuit, in qua & multi Westphaliæ nobiles nomen dedere; primaque hujus stelligeri fœderis vis, quæ bis mille nobilium equitum, & trecentas quinquaginta arces numerabat, incubuit in Hermannum Hassiæ Landgravium, multisque damnis & spoliis provinciam ejus afflixit.

Hujusmodi fœdus, ut Gobelinus narrat, auctore Henrico Episcopo nostro, ac Westphaliæ Marefchallo, viro publicæ pacis ac libertatis amante, iniere Coloniensis, Monasteriensis, & Osna-brugensis Episcopi, quibus ille quartus accessit, adversus nobilium & prædonum rapacitatem. Eo fœdere Cleri & religiosorum libertati, mercatorum & peregrinorum securitati, totius denique Westphaliæ incolumitati consultum fuit; sancitumque, ut nullo discrimine personarum deprehensi prædones suspendio multarentur. Eam quoque confœderationem auctore Henrico Episcopo nostro coaluisse Gele-nius tradit, quæ deinde imperiali Caroli Cæsaris decreto confirmata.

Ausus interim hoc anno Joannes Burggravius Strombergensis, quem alii Burchardum, alii Hermannum volunt, fiducia opum castri sui, quod in monte Strombergensi præmunierat, infestare itinera, prædas libere agere,

M m 2

nobi-

*Confœderatio Stelligerorum, auctore Ottone Duce Brunfwicensium instituta. Historia Landgraviæ Thuringiæ. Hassiæ. Chron. Dietschins ad annum 1372. Brover. l. 18. annal.*

*Simile fœdus, auctore Henrico Ep. Paderb. coalescit inter Episcopos Westphaliæ &c. Gobelin. stat. 6. c. 72. Kleinorg. in Chron.*

*Joannis Burggravius Strombergensis insolentia contra Episcopum suum reprimitur.*

*Paderisus in Chron. Lippien. Gen. 8. Teichemach p. 246.*

*Simon Comes Lippienfis Comitum Teelenburgicum bello aggredditur, sed infelici succedu.*

*Imperator laborat pro restituendo Wenceslao fratre, a Duce Juliacensi capto.*

*Imperator laborat pro restituendo Wenceslao fratre, a Duce Juliacensi capto.*

*Imperator laborat pro restituendo Wenceslao fratre, a Duce Juliacensi capto.*

*Imperator laborat pro restituendo Wenceslao fratre, a Duce Juliacensi capto.*

*Imperator laborat pro restituendo Wenceslao fratre, a Duce Juliacensi capto.*

*Imperator laborat pro restituendo Wenceslao fratre, a Duce Juliacensi capto.*

*Imperator laborat pro restituendo Wenceslao fratre, a Duce Juliacensi capto.*

*Imperator laborat pro restituendo Wenceslao fratre, a Duce Juliacensi capto.*

*Imperator laborat pro restituendo Wenceslao fratre, a Duce Juliacensi capto.*

*Imperator laborat pro restituendo Wenceslao fratre, a Duce Juliacensi capto.*

*Imperator laborat pro restituendo Wenceslao fratre, a Duce Juliacensi capto.*



Chron.  
Monast.

nobilitatem spernere, atque ipsi Florentio Episcopo Monasteriensi, a quo multis beneficiis affectus erat, post spolia minas intentare. Monuit primum Burchgravius Episcopus, recoleret secum, qua Cæsaris & Principum auctoritate confederatio pacis recens facta esset, qui pacis conservatores, qua severitate sancitum in prædones hujusmodi. Quæ cum frustra ageret Episcopus, nec Burchgravius desisteret tam vicinas regiones, quam Monasteriensem dicecesin spoliis divexare, atque ipsorum Castrensi domos deprædari; Florentius Episcopus primum ipsos Castrenses in ferocem hominem armavit, quorum viribus arx ejus Craffensteiniana (nam ejus familia cre-

ditus est) occupata everfaque est. Tum ille magis furere, deprædari, & Florentio Episcopo suo bellum denunciare. Ea demum insolentia Burchgravi commotus Episcopus, collectis suorum copiis & fœderatorum Episcoporum auxiliis, Strombergam obsidet, & ad deditionem compellit; victoriæque, quod Pontificis erat, clementer usus, nihil severius statuit in Burchgravius, nisi quod Strombergensē castrum suo præsidio firmarit, & donaria ædis S. Crucis, quæ Burchgravius ad se per sacrilega etiam spolia traxerat, Ecclesiæ reddiderit. His quidem in præsens refrenata hominis insolentia, haud tamen compressa, qui haud multo post, ut referemus, ad eandem redierit.

## Annus Christi 1373.

Gregorii XI. Pont. 3. Caroli IV. Reg. 28. Imp. 19.

Henrici Spegelii Ep. Pad. 13.

Moriatur  
Joannes Archiep. Moguntinus; succedit auctoritate Pont. Ludovicus Marchio Misnienf. Hist. Landgrav. Hesse Serrat. in Hist. Mog. Crantz. l. 10. Metrop. c. 23. Chron. Selavie. Uriberg. Paralip. Histor. Thüring.

Ante exitum præcedentis anni celebris Episcoporum synodus a Joanne Archiepiscopo Moguntinæ indieta, ad quam & Carolus Imperator accessit; agitatumque in ea de clericorum decimis, quas Pontifex per totam Germaniam petebat. Obstitere tres Archiepiscopi, Moguntinus, Coloniensis ac Trevirensis. Nec multo post Joannes Moguntinus Archiepiscopus, Imperatoris ex fratre nepos, veneno, ut fama fuit, extinguitur, novo Imperatoris dolore.

In hujus locum denuo elegere Adolphum Nassoviæ Comitem, Gerlaci Archiepiscopi fratrem, Episcopum Spirensis. Sed & hunc denuo rejecit Gregorius Pontifex; sollicitatusque a Carolo Imperatore, imposuit Ludovicum Miciinæ Marchionem, Thuringiæ Landgraviæ fratrem, hominem, ut Cranezius scribit, inconstantem, qui post Halberstadiensis & Bambergensem Episcopatum Moguntinum Archiepiscopatum ambivit; quocum Adolpho per octo annos certamen fuit, donec miserabili morte Ludovicus, ut referemus, vitam clauderet.

Quo etiam malo per id tempus Osnabrugensi Ecclesiæ consistendum fuit; sedi enim huic, ut supra diximus, Melchior Dux Brunswicensis Grubenhagenensis ad potentum preces a Pontifice

impositus erat, regebatque Ecclesiam illam in octavum annum; præsul quidem bonus rectæque mentis; sed qui prudentia, & alienis consiliis indigens, debitisque immerfus, castra fere omnia oppignorarat. Et fœdus quidem ille fecerat cum Henrico nostro ceterisque Episcopis de coerendis prædonibus; patiebatur interim ex castro Quakenbrugenf. suæ dicecesis per famosum prædonem infestari Hojanum Comitatum. Questus id semel iterumque Gerhardus Hojanus Comes cum Melchior Episcopo, repetendo, quæ ablata erant; verum cum nihil a languido præfide obtineret, filium suum Joannem Comitem cum agmine militum immisit in dicecesin prædas repetitum. Huic Melchior Episcopus cæco impetu armatus occurrit, commissusque ad pontem Barbergenfem (qui Hafa flumini instratus) prælio cum Hojanis, fœde a suis nobilibus & civibus Osnabrugensibus inter primos fugam capientibus deseritur, captusque in potestatem Hojani Comitis venit, a quo & in carcerem detrusus. Clade hac accepta missi ad Hojanum a Collegio Canoniorum Theodoricus ab Horne Præpositus, Amelungus a Warendorp Canonicus, & bini consules Osnabrugensis, qui cum Hojano de Episcopo suo liberando agerent; at dum ille 10000 florenorum lytrum exigeret, quod nec Collegium probabat, nec Mel-

Melchior Ep. Osnab. commissio prælio, captivus a Comite Hojano abduci-  
tur.

Cleinberg. Renovatur concoceratione inter Episcopos Westphaliæ ante biennium iusta.

Præclara Florentii Ep. Monast. opera, in bonum Dicecesis patrata.



Melchior præstare poterat, in carcere relictus est. Per hanc Episcopi absentiam dicecesis & Hojani & aliorum spoliis extremum vastata fuit. Expectabantur ex fœdere inito Fridericus Colonienfis, Florentius Monasteriensis, & Henricus Paderbornensis Episcopi; sed hi domesticis impediti, consilio magis quam armis adficere. In has angustias redacti Osnabrugenses, Protectorem reposcunt Theodoricum Marcanum, Coloniensem Præpositum, Dinslaci Dominum, virum acri & militari ingenio, cui in XII annos vicaria Episcopatus præfectura rursus data. Et ille ad III. Idus Januarii Wildeshusii conventum indicit, in quo præsentem Hojano 10000 florenorum lytrum numeratum, & Melchior Episcopus in libertatem assertus; quem exinde Florentius Monasteriensis Episcopus & Theodoricus Marcanus Osnabrugum reduxere, apud quem cum solum nomen Episcopi maneret, administratio

Liberatur a Theodorico Marcano, cui vicaria Episcopatus præfectura committitur.

omnis penes Theodoricum Marcanum fuit, qui mox Iburgum Teclenburgico oppignoratam redemit, circumlatoque nominis sui terrore, cetera castra hostibus vi extorsit; eoque fortissimo adjutore Melchior Episcopus per triennium deinceps sat prospere Osnabrugensem Ecclesiam administravit.

At quæ erat Henrici Episcopi nostri magnanimitas, & ingenii solertia, multo ille feliciter tranquilliusque Episcopi Paderbornensis, & Mareschalli Ducatus Westphaliæ præfecturam gerebat; adeoque Friderico Colonienfi Archiepiscopo se probabat, ut Mareschalli munus in triennium illi prorogaret, nec id tempus redimendum decreverit. Extant hæc super re apud nos Archiepiscopi literæ, quibus Henrici Episcopi nostri singularem fidem, merita & industriam commendat, 8. Julii, festo D. Kiliani consignata.

Henrico Episcopi officium Mareschalli in Ducatu Westphaliæ ad triennium prorogatur.

## Annus Christi 1374.

Gregorii XI. Pont. 4. Caroli IV. Reg. 29. Imp. 20.  
Henrici Spegelii Ep. Pad. 14.

Et multum certe laborabat Henricus Episcopus noster, cujus magna erat auctoritas inter Westphaliæ Episcopos ac proceres, in publica pace firmanda. Quapropter eo auctore, ut Cleinsorgius ex vetustis literarum monumentis tradit, confederatio ante biennium inita, hoc anno rursus inter Fridericum Coloniensem, Henricum Paderbornensem, Florentium Monasteriensem, Melchiorem Osnabrugensem Episcopos instaurata est. Ea confederatio quod bellorum freno, optata mercimoniorum securitate, prædonum compressa licentia, magnoque Westphaliæ bono procederet; Episcopis se in eam conjungere Engelbertus Marcanus Comes, Monasterium, Tremonia, Susatum, Osnabrugum, ceteraque per Westphaliam primariæ civitates.

Cleinsorg. Renovatur confederatio inter Episcopos Westphaliæ ante biennium inita.

Hoc concordi & potenti Principum urbiumque fœdere innixus Florentius Monasteriensis Episcopus, præclara per id tempus gessit in sua dicecesi. Adjutus enim ab Henrico Episcopo nostro, Melchiore Osnabrugensi Episcopo, Ottone Teclenburgico, &

Prezclara Florentii Ep. Monasterii opera, in bonum Dicecesis patrata.

Conrado Oldenburgenfi Comite, invitum hæcenus castrum Dincklagen die S. Lamberti sacro expugnavit. Hunc in modum castri Velenis Dynasta subactus: arx Bevereha Orientalis, ex quo jure reciderat ad Episcopum cum fiduciariis & Ministerialibus, asserta Ecclesiæ: Meppena, quæ jam ex pago in oppidum inclusa erat, castro, quod Paulinum dixit, præmunita: Wolbeca turribus & firmissimis ædificiis instructa: Telgeti, quod Castrenses adversus Episcopum se erexerant, validissimum monumentum constructum, quod Florentinum ab ejus nomine dixeret: Bulcholdia, quam in diffidio Capituli & urbis hostes interceperant, Ecclesiæ Monasteriensis restituta: Harcottana arx bis obsidione liberata, semel depulso Ottone, iterum Bernardo Comite Lippiensi, Ottonis fratre, profligato. Demum bellum illi fuit cum Castellanis Ravensbergenfibus, & Benthemensi Comite, ac Ravensbergenfi, quod prædabundi dicecesin ingressi essent. Primum, collectis in arma copiis ad Versinell, qui dicecesis Osnabrugensis est pagus, fudit. Qua clade exacerbati Ravensbergenfes, Theodori-



doricum Marcantum Osnabrugensis dice-  
cesis administratorem, quod is sibi eo-  
rum patrocinium vendicaret, traxere  
in partes; confirmatique viribus Osnab-  
rugensium in Monasteriensis ferro  
flammaque irruptionem fecere. Nec  
seignior Florentius, resumptis suorum  
armis, eos ad montem Vechtorpium  
consecutus, acri conferta pugna ob-  
trivit; parsque in paludes acti, pars  
capti, pars obruncati. Ibat paribus  
armis accinctus Florentius in Benthe-  
mensis Comitem, libere Monasterien-  
sensem dicecesin spoliis carpentem; jam-  
que Comiti imminerebat, cum a suis de-  
fertus, bellum omittere necesse habuit.  
Hæc atque alia partim hoc anno ac su-  
perioribus a Florentio Episcopo gesta  
memorantur in scriptis Monasterien-  
sium fastis.

Inter has publicas Westphaliæ cu-  
ras, quantum etiam Henricus Episco-  
pus noster ex Mareschalli munere di-  
strahebatur; nihil tamen omisit priva-  
tis studiis res suæ Ecclesiæ augere. Ha-  
bebat ille tum Collegium Cathedrale  
illustrium nobilium filii virisque ple-  
num; interque hos etiam ex Dynastis  
aliquot Burani fuere, quos in eam  
mentem induxit, ut quatuor simul fra-  
tres hæreditatem suam paternam ven-  
derent Ecclesiæ Paderbornensi; id quod  
hiscæ publicis tabulis fecere.

4 fratres e  
familia Bü-  
rana hære-  
ditatem  
suam Eccle-  
siæ Paderb.  
vendunt.

Nos Bernardus, Simon, Joannes,  
& Henricus fratres nobiles de Büren fa-  
temur publice pro nobis & nostris, ve-  
ris hæredibus in hisce literis, quod nos  
vendiderimus nostram partem arcium  
& Oppidi in Büren cum suis appertin-  
entibus Reverendissimo Domino Henrico  
Episcopo, suis Successoribus, & Capitulo  
Paderbornensi, prout ex  
hæreditate nostrorum parentum accepimus,  
& nos a prænominatis Dominis  
in feudum habebamus juxta tenorem li-  
terarum nostrarum, quas ipsis desuper  
dedimus, & sigillavimus, & providos  
viros, Consules, Senatam, ac totam  
communitatem liberavimus, liberamus  
& dimittimus in his literis, liberos a  
juramento, quo nobis obligabantur, &  
quod adhuc obligati erant præstare, &  
dimisimus & remisimus, & remittimus  
illos in his literis ad nostrum Dominum,  
suos Successores, & Capitulum Pader-  
bornense præscriptos, ad omne hæredi-  
tarium jus ipsis præstandum omni modo,

prout id nostris parentibus & nobis ad-  
huc præstare tenebantur, neque illud ab  
ipsis unquam petemus, omni dolo exclu-  
so. In cujus fidem & confirmationem  
nostrum sigillum hisce literis appendi-  
mus. Testes hujus rei fuere honorabiles  
viri Otto de Brencken Præpositus, Si-  
mon de Sterneberg Decanus, Alardus  
de Busche Cantor, Joannes Westphalen  
Præpositus in Bustorff, Theodoricus de  
Gesede, & Conradus de Bensfeld Cano-  
nici Paderbornenses, Domini Bertholdi  
filius, & strenui Fredericus de Brencken,  
Crato de Haersfels, Widekindus de Fal-  
ckenrig, Fredericus de Hoerde Domini  
Heinemanni filius, Ludovicus de Mol-  
len judex, Joannes de Schorlemer senior,  
Theodoricus de Wenzgerode Nobiles,  
& alii multi honesti viri. Anno post  
Christi Nativitatem millesimo trecentesi-  
mo septuagesimo quarto, proxima Domi-  
nica post Petri & Pauli Apostolorum.

Erat quintus horum frater Berthol-  
dus in Werthinensi ad Ruram Cœnobio  
vitam Monachi amplexus; is quod &  
suum jus in Oppidum Buranum & bo-  
na Dynastiæ obtendere poterat, pro-  
miseri hi quatuor fratres, se hunc quo-  
que fratrem in consensum adducturos.  
Id quod ille etiam haud multo post sub  
initium sequentis anni hisce publicis fi-  
dei literis præstitit.

Ego Dominus Bertholdus Nobilis de  
Büren Portarius Cœnobii Werdensis Or-  
dinis S. Benedicti in hisce præsentibus  
literis fateor, quod mei fratres Simon,  
Joannes, & Henricus de Büren vendide-  
runt hæreditaria & perpetua venditione  
ex meo jussu & cum mea voluntate illo-  
rum & meam partem domini, arcis  
& civitatis in Büren, quæ media pars  
est, cum omnibus appertinentiis Reve-  
rendissimo Domino Dno Henrico Episco-  
po, & suo Capitulo Paderbornensi juxta  
tenorem literarum, quas fratres mei de-  
super dederunt, & renuncio, omni juri,  
quod in isto dominio, arce, & civitate,  
& appertinentiis prænominatis habe-  
bam, vel ullo modo habere possem, &  
promitto in bona fide ipsi Domino Epi-  
scopo & Capitulo venditionem istam sem-  
per & firmiter tenere, & nunquam  
contra illam agere cum verbis aut cum  
factis, absque omni dolo. In testimo-  
nium hasce literas meo sigillo signare feci.  
Datum anno Domini MCCCLXXV quinto  
die Circumcisionis Domini.

Ad eandem  
venditio-  
nem iidem  
inducunt  
fratrem  
suum Ber-  
tholdum,  
in Werthi-  
nensi Cœ-  
nobio reli-  
giosam vi-  
tam ampli-  
xum.

Chren,  
Colou,  
Günjerg.

Bellum Co-  
loniense  
contra Ar-  
chiepisco-  
pum suum,  
quod etiam  
involvit  
Henricum  
Ep. Pad.

Annus



## Annus Christi 1375.

Gregorii XI. Pont. 5. Caroli IV. Reg. 30. Imp. 21.  
Henrici Spegeli Ep. Pad. 15.

Crantz.  
lib. 10.  
Saxon. c. 1.  
Auctor.  
ciron.  
Sclavici.  
Carolus fo-  
lenni pom-  
pa a Lube-  
centibus  
excipitur.

Haecenus Carolus Imperator Praegæ fere confedit; in Bohemia magis regnum, quam in Imperium intentus; ac cum ob id intestinae turbæ, privata bella spoliaque invalescerent, necesse habuere Electores Episcopi, ceterique Principes, federibus inter se iniis armisque, oblangentem Imperii auctoritatem explere. Tandem tamen Carolus Imperator hoc anno ex Bohemia in Saxoniam digressus, Lubecam cum Imperatrice veteri Imperatorum splendore ac majestate mensè Octobri intravit. Affectabantur enim Carolum Fridericus Colonienfis Archiepiscopus, Otto Marchio Brandeburgensis, Albertus Dux Luneburgensis, Albertus Dux Megapolitanus, Wilhelmus Misnienfis Marchio, Jodocus Marchio Moraviae, Henricus ac Nicolaus Comites Holfatiae; ingens præterea Comitum, Baronum, ac nobilium multitudo ex Saxonia confluentium. Nec minori pompa plausuque exceptus a civibus, deductusque est a Magistratu in urbem, ac per decem dies regali magnificentia tractatus. Ibi dum Imperator publice jus dicit, litesque ad se undique delatas aut componit, aut decedit; Colonienfes quoque damnati sunt a Cæsare, bellumque mox exarsit inter urbem & Archiepiscopum, quod Henricum Episcopum nostrum Mareschallum Westphaliae ad arma traxit. Enim vero sub initium hujus anni gravis lis & seditio resuscitata est inter cives & Magistratum; a quo cum graviores exactiones imponerentur, quam illi ferre volebant, cives quidam discordes ad Archiepiscopum appellavere, ultero afferentes & contententes Archiepiscopi esse non Magistratus sui, tributa civibus imponere; quam jurisdictionem cum tam prompte arripere Archiepiscopus, ad imperium amplissima in urbe capeffendum, quam pertinaciter tuebantur Magistratus, bellum in-

testinum ab ipsis civibus suscitatum exarsit. Archiepiscopus Imperatoris judicio fultus, a quo Magistratus politico edicto damnatus proscriptusque erat, bona civium Colonienfium per dicecesin attineri jubet. Quo Magistratus offensus accusare Archiepiscopum publicæ pacis violatorem, & duos Archiepiscopi ministros, Gerhardum Wavelinghovium Canonicum, Florentii Monasteriensis Episcopi fratrem, & Quæstorem Archiepiscopi in vincula rapere. Ob id factum Archiepiscopus urbem usu sacrorum interdicit. Cæsar literis festo S. Severini, 28 Octobris, Lubecæ datis scibit ad vicinos Episcopos, cumprimisque Henricum Episcopum nostrum Ducatus Westphaliae Mareschallum, ad Duces, Comites, urbesque Westphaliae, ad omnes inter Rhenum & Mosellam publicæ pacis federatos, hortaturque uti Friderico Colonienfi Archiepiscopo adversus urbem Coloniensem consilio atque armis præsto sint. Ita classicum primo ceptum, frustra urbe ad vetera Imperatorum privilegia appellante; ad quæ eadem contentione etiam appellabat Archiepiscopus. Et Cæsar eo pronior in Archiepiscopum, quo flagrantius ambibat Electorum suffragia pro Wenceslao filio coronando.

Auctor est Gobelinus noster Carolum Imperatorem ante filii coronationem Paderbornam venisse, magnificentique ab Episcopo nostro & Clero exceptum: sed hic Caroli accessus ad urbem nostram ad annum 1377, de quo post dicturi sumus, verisimilis erit referendus; quod Carolus 28 Octobris adhuc Lubecæ versatus sit, & mox 2 Nonas Decembris Pragæ rursus fuerit, ubi iteratis ad ordines Imperii literis Colonienfes læsæ majestatis reos a se proscriptos denunciavit.

Gobelin.  
Anat. c. 72  
Panneg. Pa-  
derb. lib. 2.  
c. 13.

## Annus Christi 1376.

Gregorii XI. Pont. 6. Caroli IV. Reg. 31. Imp. 22.  
Henrici Spegeli Ep. Pad. 16.

Succesit annus seculi hujus septuagesimus sextus, Wenceslao filii Caroli inauguratione fatalis. Animadvertesbat Imperator ætatem vergere ad extrema,

Ad eandem  
venditionem  
idem inducunt  
fratrem  
suam Ber-  
tholdum,  
in Werthi-  
nensi Cœ-  
nobio reli-  
giosam vi-  
tam ample-  
xum.

Ciron,  
Colon,  
Clainjerg.

Bellum Co-  
lonienfium  
contra Ar-  
chiepisco-  
pum suum,  
quod etiam  
involvit  
Henricum  
Ep. Pad.



Carolus  
pro Wen-  
ceslai filii  
sui in Im-  
perio sacra  
vestitione  
laborat.  
*Aeneas*,  
*Sylvius*,  
*Trithemius*  
*in chron.*  
*Spanh.*  
*Crantz.*  
*l. 10. Saxo.*  
*Cuspinian.*  
*in Carolo.*  
*Uriberg.*  
*Paralip.*  
*Brouwer, in*  
*annal. Tre-*  
*vir, l. 18.*

trema, & difficilem fore filii successio-  
nem, quem habebat quindecim anno-  
rum adulescentem, vix dum ex Ephe-  
bis egressum, ingenio vecordem, inter-  
que Bacchanalia educatum, qui ventri  
magis quam scepro natus esset. Id cum  
septemviri non ignorarent, averisque  
essent; multum quoque haecenus Wen-  
ceslai electio retardata fuit. Verum Im-  
perator, qui caeco magis amore filii fa-  
miliaeque agebatur, nihil non movit,  
quo in filium vivus insignia Imperii  
transferret: atque id, quod precibus  
obtinere non poterat, precio pervicit;  
Quippe, ut passim retulere auctores,  
singulis Electoribus centum aureorum  
millia ex pacto oblata. Cui ari cum  
solvendo non esset, oppida urbesque  
Imperii vendidit; quemadmodum in  
Suevia sedecim ejusmodi urbes inter vi-  
cinos Principes distraxit. Cumque his  
promissa non expleret, Septemviris te-  
lonia & publica vectigalia oppignora-  
vit; ac ne pignora haec repeti possent,  
Principes juramento Imperatorem ade-  
gerunt. Quibus ita Imperii nervi accisi,  
quemadmodum libere *Aeneas Sylvius*  
scripsit, ut exinde se attollere, nec la-  
certos veteres exferere potuerit; eo  
quod Electores ad se omnia traxerint.  
Qua super re cum vehementer Germa-  
niae populus quereretur, & in utram-  
que partem haec disceptarentur; Electro-  
res etiam sibi haec non inique deberi ob-  
tendebant, quod in ista Germania per-  
turbatione, legum confusione, & im-  
pune grassantium praedonum licentia  
ipsi soli majestatem Imperii defensionem-  
que sustinerent. Tanti stetit igna-  
vus Caesar.

Wences-  
laus Romani-  
corum Im-  
perator de-  
ligitur &  
coronatur.

Igitur Calend. Maji ad vicum Rense  
haud procul Confluentia apud Rhe-  
num, ipsa die Pentecostes sacra conve-  
nere Septemviri, Ludovicus Mogun-  
inus, Cuno Trevirensis, Fridericus  
Colonienfis Archiepiscopi, Rupertus  
Senior Comes Palatinus, Wenceslaus  
Saxo, Sigismundus Brandeburgicus:  
Wenceslaum juvenem Caroli filium Re-  
gem Romanorum deligunt; quem mox  
Francofurtum profecti XII ejusdem  
mensis die solemniter Caesarem re-  
nunciant. Inde secundo Mæno Rheno-  
que Bonnam usque Imperator cum filio  
& septemviris processit. Animus erat  
Coloniam versus carpere iter, atque  
inde Aquisgranum. Verum cum civi-

tas illa, ut dicemus, cum Archiepisco-  
po bellum agitaret, immisissique in Rhe-  
num palis navigationem obstruxisset;  
deflexo itinere Aquisgranum concessit;  
ubi pridie Nonas Julii Fridericus  
Colonienfis Archiepiscopus Wences-  
laum regalibus ornamentis decoravit,  
angustalique ceremonia Regem inunxit.  
Novis istis muneribus ab Imperatore  
exornatus Cuno Trevirensis Archiepi-  
scopus, & Hammerstenio ac Schonen-  
berga castris donatus. Friderico Colo-  
nienfi Archiepiscopo praeter alia loca  
cessit Tremonia donum, Imperialis in  
Westphalia urbs; nam telonia ad Rhe-  
num jam ante donata acceperat Archi-  
episcopus Colonienfis. Quae deinde  
amplissimo diplomate Anno regni Bo-  
hemici 14 Romani 1. 6 Julii Wences-  
laus Rex confirmavit: multisque pra-  
terea privilegiis Archiepiscopum, a quo  
se coronatum, & unctum profitetur,  
exornavit. Ita vero, ut *Crantzius* in-  
quit, deplumata est aquila, & ceteris  
animalibus facta est contemptui.

Tumultuabatur per haec Colonia,  
nihil verita Imperatoris & tot Electro-  
rum praesentiam. Primus furor in Tui-  
tenses effusus, quod renunciata urbis  
tutela se totos in partes sui Archiepi-  
scopi transisse denunciaissent. Quare  
Colonienfes populi concitatione facta,  
transmissoque Rheno, in Oppidum ir-  
rumpunt, magnamque partem Tuitii  
exurunt. Mox alia vesania agitati, to-  
rum oppidum cum muris solo aequant.  
Ex ea vastitate solum Monasterium &  
Parochiae Ecclesia intacta mansere. Sed  
nec illis paritum; haud multo post ter-  
tia irruptione facta celeberrimum illud  
D. Heriberti Cœnobium cum templo  
injectis flammis absumunt, & funditus  
evertunt. Ea plebis, ferarum instar,  
est rabies, cum saevire permittitur. Quae  
postquam ad Archiepiscopum relata  
sunt, renovata priori poena, sacris om-  
nibus urbi interdicunt. Imperator acer-  
bissimum vesaniae illam populi licentiam ca-  
stigandam sumit, editoque decreto ad  
vicinos Principes Coloniam armis ad  
obsequium sui Archiepiscopi compellendam  
mandat. Igitur, ut *Trithemius*  
scribit, inita armorum conspiratione,  
Cuno Trevirensis Archiepiscopus,  
Henricus Paderbornensis Episcopus,  
Wenceslaus Dux Brabantiae, Dux Au-  
striae, Comes de Zeringen, civitas  
Aquis-

*M. S. lib.*  
*P. Mauriti*  
*de Buren.*  
*Crantz, l. 10.*  
*Saxo, c. 3.*

*Chr. Colm.*  
*Chron. M.*  
*Belg.*  
*Brouwer,*  
*in annal.*  
*Trevir.*  
*Colonien-*  
*ses Tuitium*  
*evertant:*  
*pluresque*  
*in se hostes*  
*conciunt.*

Coloniam ab  
Archiepi-  
scopo obli-  
detur, sed  
irrito even-  
tu.



Aquisgranensis, aliique complures militares viri copias suas conjungere cum Friderico Colonienſi Archiepiſcopo; ad quas Henricus Epifcopus Ducatus Weſtphaliæ Mareſchallus robur Weſtphaliæ nobilitatis una cum Wenemaro Furſtenbergico Arnsbergenſi Satrapa adduxit; quibus præterea octingenti militares per Weſtphaliam viri acceſſere. Colonienſes ubi in ſe hæc parari intellexere, cives armant, externum conductumque militem in urbem advocant, Engelbertum Marcanum Comitem magnis præmiis illeſtum trahunt, belli ſui ſocium, urbiſque præfectum creant. Is ea tempeſtate bellicis artibus clarus, cum ducentis ex equeſtri ordine viris Coloniam intrat, civesque adverſus Archiepiſcopum inflammat, nihil Caſaris, nihil Archiepiſcopi, nihil Electorum iras veritus. Contraxerat jam Archiepiſcopus ſeptem millia armatorum; & poſtquam auxiliares ceterorum Principum copiæ acceſſere, ſexto Calend. Auguſti ante portam D. Severini caſtra figit, perſuaſus ab aliis, ſi urbi tantummodo exercitum admoveret, fore ut, diſcordantibus inter ſe civibus, urbs ultro in poteſtatem veniret; qua ille fiducia propius militem ſubire jubet, machinas bellicas attrahi, & noctu inſequenti ignes ad terrorem jaculando immiti. Ad quæ interriti cives Duce Marcano mane erumpunt; & clade licet accepta repellerentur, auſi tamen crebris velitationibus fatigare Archiepiſcopum. Et ille cum videret jam verſis civium animis, & in extrema paratis, tantæ urbis oppugnationem operoſam fore, militem ab urbe reduxit, copiis ſingulorum domum remiſſis. Quo conſpecto, Marcanus multo inſolentior, Colonia prorumpens, Archiepiſcopo Bonnæ ante urbis portas inſultare viſus; fruſtraque erant confederationes pacis ſuperioribus annis tam ſanctè juratæ. Interim dum Marcanus Coloniam pugnat, præfecti Archiepiſcopi per Ducatum Weſtphaliæ Marchiam Comitis extremum depopulantur. Sed hæc ille mox ultus Lecchenichii & Gymnichii incendio, vicinorumque agrorum & pagorum vaſtatione, per quos flamma ferroque graſſabatur. Tanta vel unius Comitis audacia impune toleranda erat, poſteaquam intra Colonienſium muros receptus civium plauſu armisque ad omnia facinora accendebatur, homo,

cui pravo majorum exemplo inſeum erat, omnibus Weſtphaliæ turbis ſe miſcere, ad ſacrorum præſules divendandos. Nec aliud ab Imperatore auxilium erat, quam minacia decreta ſine armis invalida, haud ſecus quam tormenta bellica magno pulveris ſonitu ſine globo excuſſa.

Fine anni aliud mox bellum reſuſcitatum in Weſtphalia a Joanne Strombergenſi Burgravio, inquieto capite, ac publico viarum agrorumque prædone. Receperat ille, Ritbergenſium & Suſatenſium ope adjutus, Strombergenſe caſtrum, exturbatis, quos Florentius Monafterienſis Epifcopus impoſuerat, præſidiariis & Caſtellanis. Horum in locum turba prædonum aggregata, quibus multo quam ante rapacius ſe in diceceſin Monafterienſem effudit; non agricola, non mercator, non clericus ab his uſpium tutus; fruſtraque erant ad hunc hominem coercendum Florentii Epifcopi minæ, intentatæ ſacrorum pœnæ, publicæ pacis leges, Imperatoris proſcriptio. Quare Florentius Epifcopus ad conſervatores publicæ pacis appellat, opemque poſcit. Ac primi, qui ſe obtulerunt, fuere Henricus Spegelius Epifcopus Paderbornenſis, & Theodoricus Oſnabrugenſis diceceſis Adminiſtrator, fidi ac bellicoſi præſules. Horum copiis, quas magno numero adduxit Spegelius ex ducatu Weſtphaliæ & Paderbornenſi diceceſi, confirmatus Florentius, caſtrum Strombergenſe arcta obſidione incingit premitque. Burgravius ubi ſe ad extrema deduci vidit, clam cum plerisque ſociis elapſus, ad arcem Rhedanam ſe recepit, ubi ſub patrociniſ Ottonis Teclenburgenſis Comitis aliquantum delituit. Burgravio profugo, ceteri ſe Florentio Epifcopo caſtrumque deditere; horum alii mox ſuſpendio necati, alii in vincula rapti, alii pœnis multati. Ea expugnatione caſtri illud cum Burgraviatu, ac Burgravii bonis ceſſit Epifcopis Monafterienſibus, qui exinde tres alites, quod Burgraviorum illorum inſigne erat, ſuo adjecere. Maluitque Carolus Imperator Epifcopum Monafterienſem Burgravii dignitate caſtroque donatum exornari, quam publicum in eo prædonem pati. Magna hæc ſemper Epifcoporum Monafterienſium

Caſtrum Strombergenſe, & Burgravius, juſto bello captus, cecidit Epifcopus Monafterienſis.

Colonia ab Archiepiſcopo obſiſſe dicitur, ſed irrito eventu.

M. S. lib. P. Mauriti de Burgenſi, Grant. l. 10. Saxon. c. 3.

Chr. Colm. Chron. M. Belg. Brovver, in annal. Trevir. Colonienſes Tuſitium evertunt: pluresque in ſe hoſtes concitant.



ensium felicitas fuit, justitiam & fortitudinem bellicam secuta, justis armis Episcopatus patrimonium augere.

Melchior Ep. Osnab. suis invisus transfertur ad Episcopatum Suerinensem, *Erwin. in chron. Osnabr. Clainforg. Crantz. l. 9. Wand. c. 9.*

Dispari sorte agebatur cum Melchiore Osnabrugensi Episcopo. Is quod Theodoricum Marcanum haberet Administratorem, gravem sibi & invisum, penes quem omnis auctoritas & potestas erat, Avenionem hoc anno profectus est ad Pontificem; ubi simul Ludgerum a Vechte Canonicum Osnabrugensem, Joannem Wedingen Furstenoviae praefectum, aliosque ex equestri ordine viros ad Tribunal Pontificis citavit, quod ab his desertus proditusque venisset in captivitatem Hojani Comitis. At cum hi per Legatos causam suam constanter agerent in judicio Pontificis, omnemque conturbatae dicecesis culpam verterent in Episcopum, tanquam ingratum, & inutilem rebus publicis tractandis, Pontifex Melchiorum transfudit ad Suerinensem Episcopatum.

Celebris per id tempus Gerardus de Monte Hildesienfis Episcopus, vir

toga sacra non minus quam militari manu egregius pro defensione Ecclesiae, cui hoc anno bellum fuit cum Magno, Duce Brunswicensi, perpetuo ejus dicecesis hoste. Traxerat is in societatem armorum Theodoricum Magdenburgensem Archiepiscopum, & Halberstadiensem Episcopum, multosque Saxoniae proceres, quorum copiis auctus processit in Hildesiensem Episcopum. Et ille licet exiguis copiis instructus, ausus est rem praelio committere, confitus patrocinio B. Virginis, cui sese & Episcopatum commendarat. Trepidante ad egressum urbis milite, manicam suam, in qua reliquias gerebat, manu tangens, fidente, inquit, magnus mihi in hac manica sociorum militum adhuc numerus est. Ita in aciem progressus cum 500 militibus prosternit validissimum Ducis exercitum; caesique eo praelio 1500 Brunswicensium, interque ceteros captus Halberstadiensis Episcopus; & quia is celebris Philosophus, & Hildesienfis praefans Rhetor erat, militum vulgique jocus fuit, victam esse garrulam Logicam a Rhetorica.

Gerardus Ep. Hildes. infangentem in se Ducem Brunswicensem bello devincit.

Henrico Ep. Pad. oppignoratam, redimit.

Tremonia obfessio, Magistratum suam civiumque innocentiam probante, solvitur.

## Annus Christi 1377.

Gregorii XI. Pont. 7. Caroli IV. Reg. 32. Imp. 23.  
Henrici Spegelii Ep. Pad. 17.

Sedes Apostolica ex Gallis Romanam referatur. *Odoricus Rainald. in histor. Eccles. Bist. Rom. Pontif. Nauclerus & alii. Theodoricus de se in Ne mors Unionis. Meibom. in prefat. in opera eius lib. 10. Crantz. lib. 10. Metr. c. 11 Cuspinian. in Ottone M. Fabrit. l. 1. Orig. Saxon.*

Lætus subinde illuxit annus septuagesimus septimus supra millesimum trecentesium, quo Gregorius XI Pontifex ex Gallis, monitis Catharinae Senensis & Brigittæ, quæ tum sanctitatis fama clarebant, Sedem Apostolicam secum Romam retulit, postquam magno Christianæ Reipub. turbamento supra LXX annos Avenione hæserat. Urbem Pontifex obviam effuso Magistratu, populoque Romano XVII Januarii ingressus. Pontificem ex Gallis Romam affectatus Theodoricus a Niehem, ortus ex Oppido Niehem dicecesis nostræ Paderbornensis, veteri Niemiorum familia, eruditione scriptisque, ut ætas illa tulit, non minus clarus. Is per triginta septem annos sub quinque Pontificibus, Gregorio IX, Urbano VI, Bonifacio IX, Innocentio VII, Gregorio XII in curia Romana versatus, & plerumque Secretarii munere functus, postremum a Bonifacio Pontifice Ferdensis Ecclesiae in Saxonia Episcopus impositus est; quemadmodum hæc tempori memo-

rabimus, falliturque Georgius Fabricius, a quo Magdenburgensis asseritur Niemius.

Bellum quod anno superiori inter Archiepiscopum & Colonienfes exarserat, Trevirensis Archiepiscopus, cuius summa post Imperatorem auctoritas erat in Imperio, ad pacis compositionem deduxit; ultroque se arbitrum obtulit; additusque illi Conradus Bransbergius supremus ordinis S. Joannis per Germaniam Magister. Horum studio atque labore 16 Februarii pax inter Archiepiscopum & Colonienfes certis legibus convenit; quæ tamen haud diuturna fuit; altius enim hoc vulnus ex priori bello impressum, quam ut subituario hoc emplastro persanari posset.

Pax inter Archiep. & Colonienfes opera Trevirensis Archiep. coalescit.

Novum contra Episcopum Monsf. bellum mox vet Burgar. Vius Strombergenfis.

Eodem quoque mense Fridericus Colonienfis Marechalli munus, quod a Cunone Trevirensi Archiepiscopo Henrico Episcopo nostro oppignoratam impositumque supra diximus, redemit, trans-

Archiep. Colon. Marechalli Ducatus Westphaliae munus,



transtulitque in alium. Summa, qua id pignori cesserat, quinque millium & sexcentorum florenorum erat; eam ex parte numeravit Archiepiscopus; restabatque primum summa 2400, deinde 500 florenorum; cui cum ex tempore solvendo non esset, obligavit, cessitque Episcopo nostro & Ecclesiae Paderbornensi mediam partem oppidi Ludæ, castri Cugelberg, & Almeni. Quemadmodum hæc festo D. Agathæ utrimque convenere, & in tabulas relata sunt; in quibus fatetur Archiepiscopus se id necessitate coactum facere; seu quod Henrici Episcopi nostri ætas in senium vergeret: seu quod a suis urgeretur, indecorum consentibus, Marschalli munus & castra in vicini aliorumque Episcoporum manibus relinquere.

Neque per id tempus Westphalia bellis vacua fuit; mense quippe Julio Wilhelmus Comes Montium, Wilhelmus Dux Julæ, Comes Clivensis, aliique proceres fœdere inter se inito confarunt copias, quibus Tremoniam obsedere, injeclisque grandium lapidum globis civium domos lacerarunt, civibus ad omnia interritis. Causa belli erat, quod Montium Comes ante urbis portas captus, spoliatusque, id civium dolo & conspiratione factum diceret. At cum oppugnatione urbis nihil proficerent, & Magistratus juramento civium innocentiam probaret, facta pace recessere Comites.

Sed longe gravius bellum recruduit cum Strombergenfi Burgravio, & Teclenburgensi Comite Ottone. Is enim Burgravium, publicum Westphaliæ prædonem a Cæsare proscriptum, non modo receperat in arcem Rhedanam ad novam prædæ licentiam, sed & ipse dicecesin Osnabrugensem vicinorum Episcoporum agros spoliis divexabat. Florentius Monasteriensis Episcopus imploratis Osnabrugensis & Paderbornensis Episcopi auxiliis, Teclenburgicum aggressus, castrum Halstenbecanum, quod Comes in ejus dicecesi intraque parcesiam Ostbeveranam oblitante Episcopo erexerat, Calend. Maji expugnat, funditusque evertit. Inde in Comitatum Ottonis progressus, Gronenbergam, Wedam, Vordam, aliasque arces, quas pignorum prætextu Osnabrugensi eripuerat, ipse & Theo-

doricus Marcanus Osnabrugensium Administrator uno expeditionis impetu recipiunt. Ac tanta hæc exacerbatione agebantur, ut captivos utriusque ex vicina arbore suspenderent. Divisis deinde copiis, Theodoricus Vermollensis, Florentius Rhedanæ arci expugnandæ imminebat; cum Teclenburgicus supplex ab utroque pacem petit. Quæ ea lege data: Stromberga maneret Episcopo Monasteriensi: castra expugnatata relinquerentur Osnabrugensi: Comes Burgravium e suis finibus & locis ejiceret, nec in posterum consilio auxiliove adesset: damna hæcenus utriusque dicecesi illata certa pecuniæ summa sarciret; quæ cum Comes non præstaret, altero ab hinc anno bellum est resumptum.

Ac postquam Melchior Osnabrugensis a Pontifice translatus abiit ad Suerinensem Episcopatum; Canonici Osnabrugenses una suffragiorum consensione elegere Theodoricum Hornium Præpositum ejusdem Ecclesiæ, virum magnanimum, multisque virtutum ornamentis conspicuum. Atque hujus electionem ubi Pontifex ratam habuit, Theodoricus Marcanus ultro Administratoris munus posuit, potuitque facilius pati sibi præferri e nobilitate delectum Episcopum ob virtutum merita, quam Ducem Brunswicensem, qui præter generis claritudinem nihil dignum inferret in sacrum Episcopi thronum.

Per Autumnum hujus anni Carolus Imperator, ætate jam gravis, Wenceslaum fratrem Brabantia Ducem, & Galliarum Regem nepotem suum invisurus, iter ex Bohemia per Saxoniam suscepit; tandemque una cum Imperatrice & Wenceslao filio perlustratis ceteris Saxoniae urbibus, & Episcoporum sedibus, ad Visurgim accessit; cujus adventus eo lætior fuit omnibus, quod nec ipse jam in trigessimum secundum annum regni sui, nec alius a multis annis Cæsar in his regionibus visus; quo tamen præcis regibus & Imperatoribus nihil frequentius fuit, aut ipsis Imperatoribus salubrius ad gentis nostræ animos sibi conciliandos. Igitur ut ante biennium Lubecam, & Septentrionis regiones; ita nunc has inferioris Saxoniae partes magno Episcoporum, Principum, ac procerum comitatu, veterumque Cæsarum ritu, tandem perlustravit,

Henrico Ep. Fad. oppugnatum, redimitur.

Tremoniam obsessio, Magistratus suam civitatem in nocentiam probante, solvitur.

Novum contra Episcopum Monasteriensem bellum movet Burgravium Strombergenfis.

Melchiori ad Suerinensem sedem translato in Episcopatu Osnabrug. subrogatur Theodoricus Hornius.

Carolus Imp. Westphaliam tranfit.



stravit, & jus dixit; transitoque Hildesio & a Gerhardo de Monte ejus loci Episcopo deductus, mense Novembri Mindam intravit, sumpto hospicio apud Patres Dominicanos, quibuscum triduum familiariter vixit, delectatus viris in eo Cœnobio religiosi doctisque, quorum apud Carolum, cum & ipse raro Cæsarium ornamento doctus esset, magna semper æstimatio veneratioque fuit. Ibi cum recoleretur Henrici de Hervordia, ejus Cœnobii Monachi, scriptorisque celebris, memoria, monstrarenturque historiarum volumina, quæ istic conscripserat, jussit aperiri sepulchrum, ostaque cum tumba transferri in templi chorum, & honoratori, ut supra retulimus, loco condi.

Quem Mindam accedunt Henricus Spiegelius Ep. Pad. & Henricus Ep. Verdenfis.

Mindam usque obviam processit Imperatori Henricus Episcopus noster; ubi & Henricus Verdenfis Episcopus accessit; uti ex diplomate Caroli Imperatoris, quod Widekindo de Monte, præclaro eorum temporum Mindenfi Episcopo, xv Decembris dedit, certum est. Id vero egregium diploma, quia communi Episcoporum Saxonie consilio rogatuque pro libertate Ecclesiastica adversus iniquissima Ducum quorundam ac Comitum & urbium decreta, impetratum est: & depravatisimos sæculi ejus, inclinantesque ad hæresin, quæ post secuta est, mores exhibet, operæ pretium erit hoc loco recitare.

Diploma Caroli d. r. Widekindo Mindenfi Ep. pro libertate Ecclesiastica.

*In nomine sanctæ & individue Trinitatis feliciter Amen, Carolus quartus divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus, & Bohemie Rex ad perpetuam rei memoriam. Etsi imperialis benignitatis clementia quorumlibet devotorum fidelium, quos sacrum Romanum ambit Imperium, ex officio debito teneatur necessitatibus & injustis oppressionibus consulere, & de opportunis remediis providere. Ad illos tamen permaxime dirigitur nostræ mentis affectio, quos indebite pati cognoscimus, quorumque oppressionibus status Ecclesiasticæ libertatis, quem semper nostris temporibus augeri volumus, enormiter enervatur, & quasi ad nihilum redigitur. Minus juste sane ad nostræ Serenitatis audientiam pro parte honorabilium Prælatorum, Canonicorum & Clericorum Minden. civitatis & diœcesis insinuatione querulosa suppliciter est de-*

*ductum: Quod seculares quidam in potestatibus et officiis publicis constituti, videlicet Duces, Comites, Barones, milites, & Sculteti, & alii domini temporales: Nec non Consules civitatum, Oppidorum, villarum, & locorum Rectores diœcesis prædictæ, Dei timore postposita statuta singularia, iniquas ordinationes motu proprio, ac temeritate præsumptuosa de facto contra personas Ecclesiasticas, Ecclesiarum & locorum Religiosorum libertates & privilegia condiderunt & condunt, eisdemque publice & de facto insistere præsumperunt & præsumunt ausu temerario & nephando quotidie contra legitimas civiles & Canonicas sanctiones, ut, puta. Quod nulla bona temporalia in potestatem Ecclesiasticam transferantur, neve Clerici in sacris constituti ad agendum seu testificandum in civilibus, & maxime in piis causis, aliquatenus admittentur, quodque excommunicati Laici & publice denunciati in civili foro minime repellantur, nec in eorum consulatus officio ac aliis actibus secularibus evitentur: Item prædicti Domini temporales Consules & Rectores per secularem potestatem Ecclesias & personas Ecclesiasticas capiunt, & capi procurant: Res & bona Clericorum occupant & arrestant, oblationes fidelium diminuunt & restringunt, exactiones & tallias indebitas de bonis & redditibus Ecclesiarum exigunt & extorquent, stationes immoderatas cum multitudine nobilium in bonis Ecclesiarum & piorum locorum faciunt, vecturas curruum & evectiones multiplices bonis ipsius imponunt contra Ecclesiasticam libertatem, possessiones Ecclesiarum & personarum Ecclesiasticarum devastant incendiis & rapinis, contractus inter Clericos & Laicos legitime factos ad libros civitatum, villarum & locorum recusant inscribere, ac sigillare, donata & legata ad fabricas & Ecclesiarum structuras contra voluntatem prælatorum & aliorum, quorum interest, præsumunt usurpare contra justitiam in fraudem & odium Clericorum, confugientes ad Ecclesias, Cœmeteria, & ad loca libertatis Ecclesiarum inde extrahere contra Imperiales sanctiones præsumunt. Cum igitur hæc omnia & singula, & quævis alia similia, nec non quæcumque secuta sunt, & sequi possunt, ex iisdem sint & fuerint solum de facto ac temere attentata, & per sacras civiles, & Canonicas*

\* an, sicuti in?



nicas sanctiones reprobata expresse: Nos ea omnia & singula de Principum, dominorum, Comitum, Baronum, fideliumque nostrorum consilio ex certa scientia tenore presentium & auctoritate Imperiali cassamus, irritamus, annullamus, cassaque, irrita & nullius esse momenti penitus declaramus, dicimus, & nuntiamus expresse, presenti edicto perpetuo valituro seriose inbibentes, ne huiusmodi aut eorum similia de cetero dicti domini temporales attemptare praesumant, praecipientes nihilominus sub indignatione Imperialis banni universis & singulis dominis, militibus, Consulibus, potestatibus, officiatis, & in officiis publicis constitutis, quatenus mox visis aut intellectis presentibus dicta eorum statuta & ordinationes, \* sicuti praedictum Ecclesiasticae libertatis edita sunt, omnino revocent & de luce tollant, quodque secundum ea non iudicent amplius, nec sententias dicent, aut eisdem in iudicio vel extra, quomodolibet per se & contra Ecclesiasticam libertatem potiantur. Item pronunciamus & declaramus Imperiali auctoritate, quod quicumque, cuiuscunque status vel conditionis extiterit, ausu sacrilego & propterea temeritatis audacia Sacerdotem vel Clericum, secularem vel religiosum, diffidaverit, proscripserit, captivaverit, spoliaverit, occiderit, mutilaverit, aut in carcere detinuerit, aut huiusmodi malitiam perpetrantes scienter receptaverit, seu consilium, auxilium, vel favorem in his eis praestiterit, & pro causa criminali & civili questionum in iudicium seculare & specialiter ad iudicium, quod dicitur Frydius, quod nulla temporis praescriptione, vel regali aut Imperiali edicto seu iudicii confirmatione contra personas Ecclesiasticas seu Clericos per quamcunque consuetudinem introduci volumus trahere praesumpserit, vel ratione dictae consuetudinis seu potius corruptelae extra praesatum iudicium contra Clericos in praedictum Ecclesiasticae libertatis aliquid attemptaverit, praeter poenas a sacris Imperialibus, & Canonicis sanctionibus eis inflictas, decernimus hos imperiali edicto ipso facto infames, & omni honore privatos, nec ad placita vel consilia nobilium aliquatenus admitteandos, & actorem, vel actores tales a jure suo cadere, ac iudicatum non tenere, iudiciumque iudicandi potestate privatum & bannum Imperiale incidisse

pronunciamus. Verum quia parum esset jura condere, nisi essent, quae tenerentur, eadem auctoritate Imperiali praedicta universis Principibus, Archiepiscopis, Episcopis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, & specialiter, Colonien. Moguntinen. Magdenburgen. & Bremen. Archiepiscopis, Monasterien. Osnaburgen. Hildensem. Paderburnen. Minden. Lubnen. Verden. & Suerinen. Episcopis. Nec non omnibus Saxoniae Lanenburg. & Brunsvicen. Ducibus, Landgravio Hassiae, nec non de Marcka, de Monte, de Hoja, de Teckoneburg, de Schobenburg, Wernengerode, Holtzatiæ, & Redenstein Comitibus, quibus & eorum cuilibet vices nostras committimus in praemissis per praesentes, & eis sub obtentu Imperialis gratiae praecipimus & mandamus, quatenus toties, quoties pro parte dictorum praelatorum Canonicorum & Clericorum, vel alicujus ipsorum fuerint requisiti, eisdem pro toto suo posse assistant, & faciant, quod praemissa committentes, quicumque fuerint, poenis praedictis puniantur realiter, & cum effectu, quatenus ..... exemplo perterriti similia de facili non attemptent. Praeterea omnes & singulos Ecclesiarum seu Ecclesiasticarum personarum praedictarum vasallos & feudatarios cuiuscunque ordinis, gradus, vel conditionis existant, qui contra Ecclesiam vel personas Ecclesiasticas ipsius Minden. Ecclesiae, Civitatis & Diocesis, a quibus feuda eorum tenent, aliquid fecerint de praemissis, seu ea facientibus si propter hoc excommunicati denunciantur, vel alias adstiterint quovis modo, dummodo de hoc servato juris ordine conjuncti fuerint, denunciamus & decernimus eo ipso suis feudis sive beneficiis esse privatos, eosque praesentis constitutionis edicto privamus perpetuo, dantes Ecclesiae seu Ecclesiasticis personis antedictis dicta feuda concedendi aliis personis laicis fidelibus & utilibus liberam facultatem. Volumus etiam, hortamur, & requirimus Episcopos & praelatos Ecclesiasticos, ut hanc nostram legem & constitutionem in synodis & Ecclesiis publicari procurent, ne in praemissis per simulatam ignorantiam suas malitias valeant excusare. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostram cassationis, irritationis, annullationis, inhibitionis, nec non pronuntiationis, & declarationis paginam infringere,

\* an. scubi  
in?



gere, aut ei ausu temerario quomodolibet contraire sub pena Imperialis nostrae indignationem gravissimam, nec non quinquaginta marcarum auri purissimi, quas ab eo, qui contra fecerit, totiens quotiens fuerit contrafactum, irremissibiliter exigi, & earum medietatem Imperialis nostrae ararii sive fisci, residuam vero partem injuriam passorum usibus volumus applicari. Signum serenissimi Principis & Domini Dni Caroli quarti Romanorum Imperatoris invictissimi & gloriosissimi Bohemen. Regis. Testes hujus rei sunt venerabilis Gerhardus al. Borherdus Hildesemensis, Henricus Werdensis, & Henricus Paderbrunensis Ecclesiarum Episcopi. Illustres Albertus Saxoniae, & Lanenburgen. & Wentzelaus Oporviae Duces, spectabiles Borchardus de Hardeck, Borchardus de Hoja, Buso, & Henricus de Schrapelom Comites. Nobiles Otto advocatus de Monte, Petrus de Wartenberg dictus dechoft Imperialis curiae nostrae Magister, Thimo de Colditz Camerac nostrae Magister, Hintzo de Lipa, Albertus de Sterenburg, Simon de Lywen, Busko de Azuzan, Busueto de Bisfritz, Alzardus de Busche, Dapifer in Ravensberge, Henricus de Ezigelen, & alii quam plures nostri & Imperii sacri Principes, Comites, Nobiles, & fideles praesentium sub Imperiali Majestatis nostrae sigillo testimonio literarum. Datum Minda, Anno Domini Millesimo tricesimo septuagesimo septimo, Indictione quinta decima, XV Calend. Decembris, Regnorum nostrorum Anno tricesimo secundo, Imperii vero vicesimo tertio. De Mandato Domini Imperatoris Nicolaus Cameracensis Praepositus.

Carolus Imperator Widedekindi M. monumentum alicuius educum exornat.

Minda Imperator Bifeldiam & Hervordiam profectus cum aula, & Principibus; at istic ubi didicit, antiquitatum amans, in vicino Angariae vico Widedekindi M. avitam sedem ex vetustis arcibus ruderibus monstrari: adhaec Basilicam, quam ille D. Dionysio sacram una cum Collegio Canonicorum construxerat, in eaque Widedekindi ipsius sepulchrum conspici, quo magni illius Saxonum bellatoris ossa contegantur; cupidus visendi, eo divertit, reperitque antiquo opere monumentum e terra alius erectum, cui superne incumbebat Widedekindi effigies lapidi in-

sculpta, sicuti hodie dum aspicitur. Verum cum haec omnia vetustate deformata videret Imperator, tantoque heroi ad posteritatis memoriam augustiora debere judicaret, totum monumentum quinque pedes altius e terra educum, & quatuor utrimque columellis interjectisque trophaeis exornatum, longe fecit magnificentius: addiditque duo insignia, quorum alterum ad caput Widedekindi cubantis, aquila cum liliis Caroli M. Imperatoris & Francorum Regis; alterum fulvus Leo in puniceo campo, regni Bohemici atque ipsius Caroli IV signum. Sicuti haec omnia Ferdinandus Episcopus noster in suis monumentis Paderbornensibus accuratissime ad omnem posteritatis memoriam exhibuit.

Inde Carolus Hervordiam regressus, controversiam, quae inter illustre Virginum Collegium & Albertum Ducem Saxoniae Angariaeque intervenerat, praesente Duce cognovit. Et vero cum per id tempus a morte Abbatissae nondum alia subrogata esset, iussit primum Imperator ire Virgines in suffragia; delectaque est Hildegundis, cujus solertia producta sunt antiqua Caesarum & Pontificum diplomata, Conradi cum primis II. Regis, & Adriani Pontificis; quibus ad Imperatorem delatis, perlectisque, Imperator palam pronunciauit Albertum Saxoniae & Luneburgi Ducem Mareschallum suum nihil habere juris in oppidum Hervordiae; eo quod Pontificum & Caesarum privilegis ab omni Principum potestate exemptum, totumque jurisdictioni Abbatissae assertum esset. Sicuti hac super re literarum instrumenta nobiscum communicata habemus, & multis testibus consignata. Ac priusquam discederet Imperator, Widedekindum Mindensem Episcopum, ob praecleara erga se & Imperium merita, telonio Oppidi Petershagii donavit. Adfuit in hanc rem Imperatoris tabulae, germanico idiomate scriptae, Hervordiaeque consignatae, sacro D. Elizabethae die, qui xix Novembris agitur.

Post illa Paderbornam digressus Imperator, & quod Gobelinus noster scribit magnifice ab Henrico Episcopo, Clero, & civibus est exceptus, tractatusque. Et quia Episcopus noster Minda

Litem Hervordiae inter Abbatissam & Ducem Saxoniae dirimit.

Caesar Paderbornae ab Henrico Ep. excipitur, alibi que ab aliis

Tedoricus a Niemo. Gobelinus. Cliron, Tremon. Wylhorvius.

Pontanus lib. 8 Geir. p. 315.

Urbanus VI. Pont. Antipapa Robertus Gebennensis, Clemens VII. dictus. Odoricus Rainald. in histor. Eccl. Spandanus Truhens. in Chron. Huj. Spandem. Chron. M. Belg. Paralip. Urberg. Cranz. Gobel. stat. 6. Toodor. a Niemo. Brovver. lib. 18. anal. Clonjorg. in Chron.



Theodoricus  
a Niem.  
Gobelinus.  
Chron. Tre-  
mon.  
Wylbrovius.

Minda per reliqua itinera Imperatoris comes negotia sua cum Imperatore pertractaverat, festinaretque iter in Brabantiam Cæsar, altero die, ut Gobelinus noster refert, se in viam dedit, susatum profectus. Inde Tremoniam concessit, deductus ab Henrico Spiegelio Paderbornensi Episcopo, magnificeque a Magistratu & Clero susceptus, urbem intravit. Triduum ea in urbe permanit Cæsar. Rursumque festinatis itineribus pridie S. Andreae trans-

gressus Rhenum, Juliaci Wilhelmo Ducis Juliae, & Mariae Gelriae filio ducatum Gelriae & Comitatum Zutphaniae post septennii controversiam adjudicavit. Quam in rem Caroli diploma recitat Pontanus in Gelricis. Juliaco Lovanium properat, ubi fratrem Wenceslaum Ducem Brabantiae convenit, ab eoque Cameracum versus deductus est in viam; qua in urbe celebratis Christi Natalitiis, perrexit in Gallias.

Pontanus  
lib. 8 Gelr.  
p. 315.

## Annus Christi 1378.

Urbani VI. Pont. I. Caroli IV. Imp. ultim. Wenceslai  
Reg. I. Henrici Spiegelii Ep. Pad. 18.

Proximus dehinc annus Gregorii XI Pontificis, & Caroli IV Imperatoris obitu Christianae Reipubl. funestus accessit. Sublato enim 27 Martii Gregorio Pontifice, Clerus populusque Romanus post tot Italiae funera turbasque Romanum, aut certe Italum Pontificem rogant; electusque est absens Bartholomæus Butillus Neapolitanus Barrensum Archiepiscopus, qui Urbani VI nomen tulit. At Gallicani Cardinales indignati genti suae honorem præripi ac spem, revocandi Apostolicam sedem in Gallias, quam Gregorius primum Romam reduxerat, consilia iniere, factaque secessione apud Fundos Robertum Gebennensem Pontificem appellant, quem & Clementem VII dixerunt. Inde scdum & diuturnum schisma per quadraginta circiter annos fuit, quando alii veri Pontifices Romæ, alii Pseudopontifices, Clemens VII, Benedictus XIII, Clemens VIII, Felix V, Avenione in Galliis confedere. Interim Itali, Germani, Lusitani, Ungari, Angli, Belgæ, Poloni & Septentrionalia regna, pars maxima orbis Christiani, Urbanum VI amplexi: Gallia, Hispania & Sicilia Clementi Pseudopapæ adhæsit. Schismatis hujus initium scripsere Theodoricus Niemijs, & Gobelinus, ambo Paderbornenses, ac tum simul in aula Pontificis versati; quorum neuter tamen alterius uspiam meminit: seu id fortuito factum, seu partium studio fuerint diverfi. Sane Urbanum VI, quem magnopere laudat Gobelinus, & ab omni labe absolvit, hunc Theodoricus Niemijs ubique & multis aculeis figit, & multis vitis factisque pravis obnoxium introducit. Scriptor in Pontifices acer-

bus, & iniquior etiam in multis, quam ut fidem faciat; sed tanto gravior hæreticis nostrorum temporum, quibus nihil acceptius, quam Pontificum vitia exaggerari; eoque cum plausu ab his in lucem protrahitur.

Urbanus Pontifex ut primum throno impositus fuit, & Romæ salutat, dedit ad totius Christiani Imperii Episcopos & Principes literas, quibus se rite electum & in sede Apostolica collocatum significavit, proscripto simul damnatoque Clemente Pseudopapa. Ejusmodi quoque literas scripsit ad Fridericum Coloniensem Archiepiscopum, & provinciales ejus Episcopos. Hunc in modum ad Moguntinum, Trevirenses, Bremenses, Magdenburgenses, Archiepiscopos perscriptum; totamque Germaniam traxit in fidem obsequiumque sui.

Carolus Imperator, quem per Saxoniæ in Gallias properasse retulimus, magnifice ac regie una cum Wenceslao filio a Francorum Rege Parisiis exceptus fuit. Causa hujus protectionis traditur fuisse, seu ut carissimum nepotem suum Carolum V Francorum Regem inviseret, seu ut Wenceslao filio, cui unice studebat, Francorum benevolentiam compararet. Et Carolus Imperator, ut Gallorum Regem sibi arctius devinceret, Carolum Regis filium vicarium perpetuum Arelatensis regni designavit, scepro, uti res docuit, cum titulo abalienato; tanquam nondum factis patrimonio Imperii ab eo Imperatore accisum fuerit. Tanta inanius post titulus Trevirensi Archiepiscopo, qui

Binius 3 p.  
Concis.  
Chapeau.

Nauclerus  
Æmilius  
lib. 7.  
Brouver.  
lib. 18.  
ann. Trev.  
Paralip.  
Urbisberg.  
Carolus  
Imp. re-  
gnum Are-  
latense im-  
prudenti  
consilio,  
transfert ad  
Gallos.

se

Urbanus  
VI. Pont.  
Antipapa  
Robertus  
Gebennens-  
is, Clemens  
VII. dictus.  
Gobelinus  
Rainald.  
in histor.  
Eccles.  
Spandanus  
Tribem. in  
Chron.  
Hist.  
Spanheim.  
Chron. M.  
Belg.  
Paralip.  
Urbisberg.  
Cranzhaus  
Gobelin.  
ant. 6.  
Theodor. a  
Niem.  
Brouver.  
lib. 18.  
annal.  
Cleinberg.  
in Chron.

Litem He-  
rivordie  
inter Abbe-  
tissam &  
Ducem Sa-  
xonie diris-  
mit.

Cæsar Pa-  
derbornæ  
ab Henrico  
Ep. excipit-  
ur, alibi-  
que ab alijs



se hæcenus Arelatenſis regni Archican-  
cellarium ſcripſit. Poſt multa colloquia  
& convivia, firmata inter Carolum Im-  
peratorem & Carolum Francorum Re-  
gem jurejurando amicitia. Imperator  
regiſ impenſis ex Gallia reductus, re-  
diit in Bohemiam; & Pragæ hoc ipſo  
anno vita exiit. Diem mortis alii  
eundem volunt, quo Gregorius Ponti-  
fex xxvii Martii obiit; licet alii in per-  
vigilio D. Andreae extinctum tradunt.  
Princeps fuit pietate, rerum peritia,  
conditis legibus, eruditione, & lingua-  
rum noticia bonis potius quam ſtrenuis  
& bellicofis Imperatoribus accenſendus.

Moritur  
Pragæ.  
Culpmian.  
Calviſius.  
Aeneas Syl-  
vius.  
Chron.  
Sclav.  
Brovver. l.  
18.  
Ann. Trev.

Carolo des-  
functo ſuc-  
cedit Wenc-  
eſlaus, la-  
bes Imperii

Patri in Imperio ſucceſſit Wenc-  
eſlaus, degener filius, homo corpore &  
animo deformis, totus ignavus, ventri  
& vino deditus, & per omnia volupta-  
tum & libidinum vitia peſſundatus; cui  
nulla cura publici boni: poſt Henricum  
iv & v Caſares, deterrima labeſ  
Imperii. Hinc eo fatali Imperatore le-  
gum confuſiones, tumultuaria nobili-  
um bella, factiones potentum, rapinae,  
cades, quæ jam ſub patre invaluerant,  
multo calamitoſius graſſabantur. Auxit  
hæc mala ſædum Schiſma, quod nul-  
luma Wencelao remedium habuit. Ac-  
ceſſit peſtilentiſſima Huſſitarum hæreſis,  
Pragæ inter ejus otia & libidines nata;  
qua Bohemia peſſundata, totumque Im-  
perium tot cladibus afflictum lacera-  
tumque fuit. Et hunc Imperatorem  
per 20 annos ferre neceſſe fuit, donec  
bis exauctoratus regressusque ad guber-  
nacula, poſtremum ab Electoribus Im-  
perio deturbaretur. Quæ deinceps,  
cum Turcarum Imperator Theſſalia ac  
tota Græcia potitus, ſub hoc ignavo Re-  
ge Wencelao ex ipſorum malorum con-  
ſpectu multo triſtius ſe offerrent.

Dux Juliae,  
caſis hoſti-  
bus ſuis,  
Gelriam re-  
tiner.  
Pontan. l. 8  
Gelr.  
Tifchem. p.  
514.

Ceterorum hoc anno inſterna, ut  
hæcenus factum eſt, continuata ſunt  
bella cis Rhenum. Wilhelmus Juliae  
Dux, a Carolo Imperatore Gelria do-  
natus, Gennepianum Brederodii ca-  
ſtrum una cum patre Wilhelmo obſide-  
re aggreſſus; id cum ceteri non ferrent  
Gelriæ hæreditate excluſi, Duce Wol-  
tero Vorſtio, auxilia Marcanorum, Cli-  
venſium & Weſtphalorum contraxere.

Quo cognito, Juliae Duces hoſtibus ob-  
viam progreſſi, conſerto prope Calca-  
riam prælio, ſibi adverſantes obrivere.  
Capti ſupra 70 militares viri. Gelria  
exinde Juliae conjuncta manſit.

Trans Rhenum Florentius Mona-  
ſterienſis Episcopus arma, quæ hæcenus  
induit adverſus tumultuantes nobi-  
les prædonesque, vertit primum in Jo-  
annem Solmis, Ottenſteinii caſtri Dy-  
naſtam, ceterosque prædatoriæ factio-  
nis homines, a quibus Embslandia di-  
ripiebatur; hos ille celeritate oppreſſit,  
captosque grandi pecuniæ ſumma mul-  
tavit. Inde ad Calend. Novembris,  
junctis cum Friderico Colonienſi Ar-  
chiepiſcopo copiis, caſtrum Godacke-  
rianum obſidet, deditumque in pote-  
ſtatem accepit. Mox caſtra Waſſen-  
bergam ac Malemas publica prædonum  
receptacula expugnat ac diruit.

Idem Henrici Episcopi noſtri hæcenus  
labor fuit. Nam poſtquam vicini-  
orum circum Comitum vis compreſſa  
fuit, reſtabant Dynaſtarum & nobilium  
prædonum caſtra areesque diſturbanda.  
Quam in rem Fridericus quoque  
Colonienſis Archiepiſcopus, & Bodo  
Corbeienſis Abbas cum Henrico Epi-  
ſcopo conſpirabant. Jam enim Reine-  
ro Corbeienſium Abbate mortuo, qui  
Henrico Episcopo noſtro, ut diximus,  
ſucceſſerat, ab anno nimirum mcccclxxiii  
ſubrogatus notatur Bodo, vir religione  
non minus quam publicis rebus tra-  
ctandis præclarus. Magnaque tum erat  
conjunctio Paderbornenſis Eccleſiæ  
cum Corbeienſibus, mutuaque ſe ope  
adverſus hoſtiles prædonum incurſus  
ſub præſidio Colonienſis Archiepiſco-  
pi tuebantur. Et Henricus Episcopus  
noſter, quod ex Abbate Corbeienſi ad  
Paderbornenſem Eccleſiam tranſvectus  
eſſet, ſingulari ſemper patrociniocom-  
plexus eſt Corbeienſes; habebatque per  
id tempus Ottonem Spiegelium fratrem  
Præpoſitum Huxtarienſem vinculo obli-  
gatum Corbeienſibus, quod opulen-  
tam illam Præpoſituram, quam feudum  
Colonienſium in publicis tabulis fatetur,  
beneficio Abbatis poſſideret.

Florentii  
Ep. Monaſt.  
bella hoc  
tempore.  
Chronica  
Monafter.  
di verſa.

Henrici Ep.  
Pad. con-  
junctio  
cum Abba-  
te Corbe-  
ienſi.

Odericus  
Reynald, in  
ſijor. Eccl.  
Petrus Mi-  
norita.  
Radulph.  
Gobelinus  
ant. 6. c. 75  
Conventus  
Francoſur-  
tenſis, in  
quo Urbas  
nus VI. ve-  
rus Ponti-  
fex a Rege  
& Electori-  
bus agni-  
tus.  
Et telonia  
quædam  
abrogata.  
MS. P.  
Maurici de  
Aueren ex  
Spicchiſi ta-  
bulario.

Gobelin,  
ant. 6. c. 72  
Ervwin.  
in ebron.  
Oſabr.  
Chron. Mo-  
naſt.  
Episcopi  
Weſtphaliæ  
Comitem  
Tocklenbur-  
genſem  
Rhedæ ob-  
ſident, ob  
deſenſam  
Borghavi-  
am Strom-  
bergenſem.



ANNUS



## Annus Christi 1379.

Urbani VI. Pont. 2. Wenceslai Reg. 2.  
Henrici Spegelii Ep. Pad. 19.

Altero dehinc Wenceslai Regis anno, cum serperet per Germaniam schismatis malum, repertique essent cum Leopoldo Austriae Duce Principes & Comites, qui Clementis Pseudopontificis partes sequerentur, ea vero diffensione, ne Germania turbaretur, Cuno Trevirensis, Fridericus Colonienfis, Ludovicus Moguntinus Archiepiscopi, ceterique Episcopi ac Principes celebrem Francofurti conventum habuere, in quo coram ipso Wenceslao Rege causa utriusque Pontificis disceptata est. Et Wenceslaus, quia ex ultima Caroli patris voluntate Urbanus illi commendatus erat, pro Urbano pronunciavit. Quem mox alii Electores, Episcopi & Principes verum Pontificem renunciavere colendum; sancitumque ne ulla cum Clemente Pseudopontifice communicatio haberetur. Extat hac super re praecleara Friderici Colonienfis Archiepiscopi epistola 25 Julii Lintzii data ad Leodienses, in Urbani fide vacillantes, ne faces schismatis inter se spargi paterentur. Eo in Comitio Wenceslaus Caesar 2 Calend. Martii, ad querelas mercatorum, telonia, quae Dusseldorpii Carolus pater Wilhelmo Comiti de Monte, & Rurortii Engelberto Marcano Comiti permiserat, publicis literis abrogat, promittitque Friderico Colonienfi Archiepiscopo nulla se etiam sine ejus assensu cuiquam deinceps indulturum; ipsum deinde Fridericum Archiepiscopum post fidem juratam regalibus exornat, omniaque simul Colonienfis Ecclesiae privilegia instaurat.

Bellum quoque hoc anno a tribus Episcopis, Florentio Monasterienfi, Henrico Paderbornensi, Theodorico Osnabrugensi resumptum in Ottonem Teclenburgensem Comitem, & Burgravium Strombergensem. Accessere Episcopis, Engelbertus & Theodoricus Marcani Comites. Sollicitatus ex priori federe Colonienfis Archiepiscopus, incertum qua ex causa, se subtraxit, auxiliari tamen milite submisso. Sed valida sat copiae in unum contractae adversus hunc unum Teclenbur-

gensem Comitem; nec alia belli causa, eaque justa fuit; quam quod Comes Burgravium Strombergensem, publicum praedonem, & a Caesare ob flagitia proscripsum ante biennium, recepisset in arcem Rhedanam, aleretque per biennium in societatem praedarum, ad vexandas circumjacentes Episcoporum regiones. Igitur tres Episcopi ad motis copiis & machinis Rhedam Oppidum, ut Gobelinus refert, occupatum destruunt, arcem vero in sextum mensem obsidione clausam oppugnant. Teclenburgicus ubi ad extrema rem deduci, nec Episcopos, qui obsidioni praesentes erant, quicquam vidit remittere; cepit per arbitros agere de compositione, & ingentem vim pecuniae offerre, ad obsidionem solvendam ac se liberandum. Id cum Monasterienfis & Osnabrugensis acceptarent, displicuit Paderbornensi; seu quod arcem ad fines trium Episcoporum sitam, & tot praedis haecenus infestam funditus everti; seu quod Burgravium captum in manus Victorum tradi mauerit: seu alias ob causas, quas Gobelinus noster non retulit. Et quia ceterorum Episcoporum praevalere sententiae, soluta est obsidio; arx Episcopis dedita, retentaque, dum Teclenburgicus pactam pecuniae summam penderet, arcemque redimeret. Extat enim in tabulario nostro Henrici Episcopi scriptum hoc anno MCCCCLXXIX. feria secunda post D. Aegidii Abbatis diem ab ipso & Capitulo consignatum, & a Praeposito, Decano, & ceteris Canonis approbatum; quo testatur tantum juris esse Theodorico Osnabrugensi Episcopo, ejusque Ecclesiae, quantum sibi in pecuniae summa, qua Potho Monasterienfis Episcopus, Florentii Successor, arcem Rhedanam oppignoratam tenet.

Quippe Florentius Episcopus cum oppugnationi arcis assidet, literas ab Urbano Pontifice accipit, quibus ad Episcopatum Ultrajectensem capessendum vocabatur; ut vel eo compositio accelerata, & arx eo praesente in manus Ecclesiae Monasterienfis tradita videri possit.

O o

Bur-

*Odericus  
Raynald. in  
hijor. Eccl.  
Petrus Ma-  
nritia.  
Radulph.  
Gobelinus  
at. 6. c. 75  
Conventus  
Francofurti  
tenus, in  
quo Urbanus  
VI. ve-  
rus Ponti-  
fex a Rege  
& Electoris  
bus agri-  
tus.  
Et telonia  
quaedam  
abrogata.  
Mss. P.  
Mauritii de  
Baren ex  
Herenji r. a.  
Solario.*

*Gobelin.  
at. 6. c. 72  
Ertovin.  
in chron.  
Osnabr.  
Chron. Mo-  
nast.  
Episcopi  
Westphaliae  
Comitem  
Teclenbur-  
gensem  
Rheda ob-  
sident, ob-  
defensum  
Burgravi-  
um Strom-  
bergensem.*

*Florentii  
Ep. Monast.  
bella hoc  
tempore.  
Chronica  
Monaster.  
diversa.*

*Henrici Ep.  
Pad. con-  
junctio  
cum Abbe-  
te Corbe-  
jensi.*



Burgravii  
Stromber-  
genſis bona  
inter varios  
dividuntur

Burgravius, quem maxime illa oppugnatio ſpectabat, ſeu facta compoſitione dimiſſus, ſeu elapſus, trans Viſurgim, Erwino teſte, profugit, receptusque a Ducibus Brunſwicenſibus, in Grubenhagen caſtrum aliquamdiu delituit. Poſtremum etiam, ut ex aliis verifiſimile redditur, in dieceſin Monaſterienſem rediit. Nam his literis, quæ anno 1493 data ſunt, memorantur Ludolphus de Went miles, Joannes Burgravius Strombergenſis, Henricus Burgravii filius, Lubertus, Fridericus, Wernekinus, Henricus, Hermannus, Henrici de Went filius. Et altero ſigillo impreſſæ tres aves, altero tres pilei; quorum illud Burgravorum, hoc Wentiorum inſigne erat.

Ceterum Burgravius, potens eorum temporum prædo, magna bonorum amiſſione mulctatus. Caſtrum enim Strombergenſe cum amplis bonorum poſſeſſionibus aſſertum Florentio & Monaſterienſi Eccleſiæ: Reckenberga Oppidumque Widenbrugum Oſnabrugenſi Epifcopo: Paderbornenſi Epifcopo pars Delbrugæ ex proſcripti Burgravii bonis ceſſiſſe traditur. Quamquam hac ſuper re certiora literarum monumenta deſiderentur.

Poſtremum hoc Henrici Epifcopi noſtri bellum fuit, & non ſine magnis impenſis, ut tum bella non ex tributis populi & agricolarum exactionibus, commodiori bellandi ratione; ſed ex ipſis Epifcoporum facultatibus gerebantur. Hinc primum decimas, deinde prædia & bona, poſt ipſa caſtra arceſque vel oppignorare, vel in feudum dare neceſſe fuit; interque ea hoc anno mediã partem judicii civilis in urbe Brakeſenſi Senatui populoque Brakeſenſi tranſcripſit. Deinde arcem caſtrumque Wuneberg cum oppido, dynaſtia, & libero judiciõ, acceptis ducentis argenti marcis, Luberto & Joanni Weſtphalen pignori dedit. Ea pecunia licet caſtrum VVunnenberg a Joanne Spiegelio, Epifcopi conſanguineo, redemptum fuerit; pignus tamen debitumque manſit ad noſtra tempora; donec Theodorus Adolphus Epifcopus a VVetſphaliis redimeret.

Et Henricus Epifcopus poſtquam ſenſit ætatem ex ſenio & multis labori-

bus ad extremam vitæ lineam urgeri, nihil habuit ſollicitius, quam omnia ſacra civiliaque in bonum Succellori ſtatim componere: debita moleſtiora ſolvere, aut redimere opportuniõibus: caſtra præmunire; arces inſtaurare: ædificia abſolvere. Ex hiſce ejus operibus inſigne monumentum hodiẽdum aſpicitur Neuhufana arx, firma exinde Epifcoporum ſedes; quam munitiſſima, domo ex ſolido lapide muroque quinque pedum craſſo per tres contignationes ita conſtruxit, ut magnifica habitacionis, & præmuniti ſimul caſtelli uſum præſtaret.

At Florentius Monaſterienſis Epifcopus, poſtquam arx Rhedana ad deditionem & tranſactionem deducta fuit, tranſcriptaque ſuccellori ſuo, ad imperium Urbani Pontificis rebus omnibus compoſitis, ſe ad Trajectenſem Eccleſiam contulit, magno deſiderio ſui extor rebus præclare geſtis relicto; quam enim averſi cum primo acceperẽ Monaſterienſes, tam invitũ cum lacrymis dimiſere abeuntem. Trajectum vi Idus Novembris feſto nimirum D. VVillebrordi, primi ejus loci Epifcopi die, magna cleri lætitiã ingreſſus, pari, qua Monaſterienſem, eam quoque Eccleſiam laude ac bono annis ſedecim adminiſtravit. Præſul, ut Chronici VVindesheimenſis auctor ſcribit, exemplum diſciplinæ Eccleſiaſticæ, pius, modeſtus, parci cibi victusque, ſine ullo luxu, æconomus optimus; a quo debita perſoluta, obarata caſtra recepta, vetera præmunita, nova conſtructa, arces inſtructæ, divina ac humana pari diligentia procurata; domeſticis jucundus, pauperibus facilis, Clero ac populo gratus. Exceſſit e vita Anno Chriſti Mccclxxxiii, pridie Nonas Aprilis, ipſo Paraſceves die; ſcriptoque teſtamento, reliquum theſaurum, ex quo omnia debita ſolverentur, D. Martini Eccleſiæ, videlicet pauperibus, ceſſit. Integerrimus in utraque Eccleſia Epifcopus ac Princeps, immortalique laude celebrandus.

Florentio in Epifcopatu Monaſterienſi ſubrogatus ab Urbano Pontifice Potho a Pothenſtein, gente Bohemus, homo ne linguæ quidem gnarus ejus populi, cui Epifcopus dabatur; ſeu id Caroli IV Imperatoris commendatione;

cum

Henrici Ep.  
extrema  
opera.

Florentius  
Ep. Monaſt.  
juſta Pon-  
tificiã tran-  
ſcriptur ad  
Eccleſiam  
Trajectenſem,  
ejus obitu  
& læta.  
Chron. An-  
naſt.  
Eckh.  
Heda in  
Epifcopo Ul-  
traject.  
Chron. Win-  
deſh. lib. 1.  
c. 33.

ſtat. 6. c. 72  
Chron. Mo-  
naſt.  
Crant. l. 10  
Metrop. c.  
27.

Triebes in  
Chron.  
Spanhei.  
Gelen.  
Radulphus  
cap. 16.  
Brevier.  
lib. 18.  
Annaſt.  
Trevir.  
Wences.  
Jus R. A.  
qui gra-  
num acce-  
dit, ubi de  
noo Urbe-  
nus Pont.  
contra Cle-  
mentem  
recipitur.

Potho Po-  
thenſem  
Florentio in  
Epifcopatu  
Monaſt.  
Succellori  
Gabeſin.



cum in aula ejus versaretur: seu Wenceslai Caesaris gratia factum, quem Pontifex arctius sibi devincire voluerit, quod ejus auctoritate ex Francofurtensibus comitiis tota prope Germania in suas partes adducta esset. Potho Pontificis Caesarisque favore pramunitus, cupidusque novi honoris potiundi, cum magno gentis suae comitatu ex Bohemia in Westphaliam accelerat; jamque in Marchiam advenerat, transito Luppia Monasteriensem dicecesin ingressurus; cum prope Hammonam turma praedonum ex Marcani nobilibus conflata incurrit in splendidum ejus Comitatum, primoque impetu in fugam disjicit; horum alii fauciati, alii capti, & quod

unice quaerebatur, spoliati omnes. Potho aegre elapsus Hammonam intravit; Ea nimirum per id tempus praedonum erat licentia & impunitas, ea sacrorum Praesulum contemptio. Id tamen facinus ubi Monasterium perlatum, Canonici, Senatus populusque Monasteriensis armatus Pothoni Hammonam usque obviam progressus, ereptumque e periculo honorifice in urbem introduxit, & solenni etiam ritu in cathedra collocavit, sanctius quam Marcani nobiles Pontificis & Caesaris auctoritatem venerati. Quanquam Potho nullius frugi Episcopus, triennio non expleto, locum ultro deseruerit.

Annus Christi 1380.

Urbani VI. Pont. 3. Wenceslai Reg. 3.  
Henrici Spegelii Ep. Pad. 20. & ult.

Annus dehinc octuagesimus supra millesimum trecentimum accesserat, prosperis adhuc Wenceslai Regis initiis; nisi quod sava pestis per Bohemiam grassaretur. Quo malo funerumque aspectu Wenceslaus territus, cum Pillero Cardinale Ravennate, quem superiori anno ab Urbano Pontifice in Germaniam missum comitem moderatoremque conciliorum habuerat, ad Rhenum profectus, Moguntiam venit. Unde splendido Principum, ac procerum comitatu Coloniam descendit. Nec multum istic demoratus Aquisgranum concessit, eaque in urbe Imperiali aliquamdiu sedem cepit. Quo & Cuno Trevirensis Archiepiscopus, ea tempestate sapientissimus praesul, & Fridericus Coloniensis Archiepiscopus, alique Electores, Episcopi, ac Principes accessere; ubi consulente Cardinale Pillero, Urbani Pontificis Legato, Clemens Pseudopontifex a Germania Episcopis & Principibus explosus est, iterumque Urbanus renunciatus est verus Ecclesiae Pastor, quem omnes in Imperio colerent Christi in terris Vicarium. Ad populi quoque pietatem accendendam ducta Aquisgrani publica supplicatio, in qua Pillerus Cardinalis augustissimum Christi corpus deportavit, illo ipso videlicet die, qui hujus Sacramenti veneratione solemniter erat.

nos Comes, in ordinem Principum ac Ducum proventus est a Wenceslao Rege, ex assensu Electorum ac Principum; eaque dignitas illi ac Successoribus magno diplomate, quod inter Gelenii monumenta reperitur, ix. Calend. Julii confirmata est. Ita vero hoc saeculo demum tres Juliae, Gelriae, & Montium ad Rhenum inferiorem Comites, pari ducum dignitate ob merita fidemque Imperio praestitam exornati sunt. Marcano adhuc inter Comitum gradum relicto, etsi opibus, populis, & potentia regionis ceteris non multum inferior haberetur. Sed eo vicinis Episcopis, quibus cum haecenus continua fere bella illis fuere, metuendi assurrexere; incensaque cupiditas & aemulatio proferendi limites, & oppugnandi Episcopos.

Wilhelmus Montium & Ravensbergenensis Comes ad ordinem Ducum provehitur.

Sed & hic annus postremus fuit Henrico Paderbornensi Episcopo nostro. Nam in hunc porrexisset vitam, testantur ejus tabulae, quibus festo D. Agathae duo praedia in praefectura Lichtenawensi Herboldo, & Friderico nobilibus in Vlechten, acceptis 80 marcis, pignori opposuit. Nec multum inde superstes xxi Martii, sacro videlicet D. Benedicti die, excessit e vita, illatus sepulchro, quod in aede Cathedrali ante aram S. Viti sibi designarat; utrumque enim divum, ex quo in familiam D. Benedicti Corbeiae religiosus transit, sibi per omnem vitam peculiari cultu patronum delegerat, eorumque patrocinio

Henrici Spegelii Ep. mori.

Eo in congressu Principum Wilhelmus Montium & Ravensbergenensis apud

Henrici Ep. extrema opera.  
1147. 6. c. 72  
Chron. Mo. nafi.  
Crant. l. 10  
Metrop. c. 27.

Tribem in Chron. Spanbei. Gelen. Radolphus cap. 16. Evovur. li. 18. Annal. Trevir. Wences. lus R. A. quingrannam accepit, nisi de noo Urbani Pont. contra Clementem recipitur.

Potho Pothensein Florentius Episcopus Monast. Succellor. Gabelin.





atque ope creditus est tam feliciter multa pro diœcesi sua, & Corbeïensi Cœnobio, quod tum magnopere afflictum oppressumque jacebat, confecisse. Funeris & honori juxta parentatum decorato sepulchro, cui ænea ad gratam posteritatis memoriam affixa est tabula, hisce encomii versibus pro rudis sæculi more insculpta.

*Mille quadringentis bis denis inde re-  
tentis,*

*Præsul is Henricus, procerum flos,  
paci amator,*

*Singula vir prudens justo moderami-  
ne gessit,*

*Salvus dum vixit, hanc Ecclesiam be-  
ne rexit,*

*Cum triplici speculo, pro jacet in tu-  
mulo.*

Reperio in veteri Warburgensi Chronico annotatum Spegelium hunc antistitem festo D. Benedicti die Corbeïæ Monachum induisse, eodemque post die delectum Abbatem, deinde Episcopum, ac speculum infigne Spegeleæ familiæ, quod hi versus indicant, vitam clausisse.

Gessit Episcopatum annis omnino XIX deducendo a Martio anni Mccclxi ad Martium anni Mccclxxx; nam eo mense Episcopi munus adiit, & morte

post exivit. Hunc præterea diem mortis consignant Necrologium Abdinghovanum & Mariamunsterense, quorum utrumque S. Benedicti, ob beneficia, anniversarium ejus diem coluit. Annus hic supremus vitæ ejus cum ex tabulis ejus supra relatis, tum ex hac sepulchri inscriptione certus est. Quare fallitur Kerschenbrochius cum Bruschio, qui anno 1378, & Gobelinus, qui anno 1379, alique, qui in obfidiione arcis Rhedana obisse tradunt.

Princeps fuit acris ingenii, severus injuriarum vindex, inimicis durus, veri justique tenax, bello non minus quam pace clarus, in nullum genus hostium acrior quam prædones, quos nullibi in diœcesi consistere passus; bella non nisi ex necessitate, aut ex sociali cum vicinis Episcopis federe, aut eorum hortatu suscepit, eoque diœcesin a prædonibus purgatam tranquillamque successori, quantumvis multis adhuc debitis obnoxiam reliquit. Sed Princeps melior quam Episcopus, a quo nulla Episcopi munia exercita reperio, quæ omnia per suffraganeum Episcopum peregisse tradit Gobelintus, eumque in hac Ecclesia primum fuisse, qui Vicarium Episcopum introduxerit. Ferrea hæc bellorum ætas erat quæ Principem magis quam Episcopum in supremo capite & moderatore diœcesis poscebat.



SIMON

Simon Co-  
mes Sterne-  
bergins,  
opra Ar-  
chiepiscopi  
Colon. fit  
Ep. Pad.





S I M O N  
STERNEBERGIUS COMES  
X X X I.  
EPISCOP. PADERBORN.

**A**b excessu Spegelii Episcopi Paderbornensis Ecclesia intra eundem annum Successorem habuit Simonem Comitem Sternebergium. Hactenus ille in clerum Paderbornensem adscitus venerat, & per gradus etiam honoris provectus, Cathedralis Ecclesiae Decanus erat; is vero uti ad Episcopatum pervenerit, certus eorum temporum scriptor Gobelinus noster tradit. *Simon*, inquit, *de Sterneberg impetravit Episcopatum Paderbornensem a Domino Urbano sexto, & praesuit Ecclesiae annis octo, mensibus sex, diebus decem. Hic Simon Friderico Archiepiscopo Coloniensi, ut eum apud sedem Apostolicam promoveret, & postea in possessionem Episcopatus potenter introduceret, prout & fecit, maximam summam pecuniae, in qua ratione officii Marchescalcatus, quod Henricus Episcopus exercuerat, Ecclesiae Paderbornensi obligabatur, Capitulo non consentiente, remisit. Ipse numere consecrationis in curia Romana suscepto, reversus Paderbornam xv die mensis Julii solemniter admissus est, nec tamen officium Pontificalis exercuit, & vix duas Missas in Pontificalibus toto tempore regiminis sui celebravit. Hinc & nos non magnae frugis laudisque Episcopum hic suscipimus narrandum. Quippe qui per ambitum, ac studio magis Coloniensis Archiepiscopi fcedaque pactione, quam virtutum merito, aut cleri electione, Episcopatum intravit. Et Pontifex uti a Coloniensi Archiepiscopo commendatum, & ad se venientem accepit; ita confusus Archiepiscopi judicio, Episcopatum illi dedit. Nec tamen prius in Germaniam remittere voluit, quam Romae sacerdos & Episcopus consecratus*

effet; ne pravo antecessoris exemplo Episcopum sese sine consecratione ferret. Jam enim passim invalescere ceperat per Saxoniam (quod in Adolpho Monasteriensi, & Coloniensi Episcopo notavimus) Episcopos Diaconi gradu administrare diceceses, & sola jurisdictione sacra contentos divinissimum illud munus tractare; ea vero, quae ex ordinis potestate ab ipsis poscebantur, rejicere in Vicarium Episcopum; quem cum ab antecessore introductum reperit Simon, non magnopere hanc partem muneris a se ipse requirendam censuit. Adeo hoc tempore sensim descitum a primorum Episcoporum pietate & fervore religionis, quae hoc saeculo Hussitarum, & altero post Lutheri haeresis excepit. Multumque ad hanc disciplinam Ecclesiasticam laxitatem fecit calamitosum in Ecclesia Schisma, dum alius Romae, alius Pseudopontifex in Galliis consideret; nec Romano Pontifici liceret ad pristinam illam severitatem sacrarum legum ab Episcopis Germaniae omnia tam exacte requirere.

Interim Simonis genus tanto illustrius ex Sternebergiorum Comitum familia; quae tamen antiquitate magis quam potentia, rebusque majorum gestis clarior. Situs hic Comitatus intra montes Teutonicos, intraque dicecesin Paderbornensem, haud procul a Visurgis; cujusmodi arctioris limitis Comitatus Pymontanus, Swalenbergensis, Oldenburgensis, Erberstenius in illo tractu montium ad Visurgis ripam incoluntur. Nomen familiae adhaesit ex arce Sterneberg, quae Comitum sedes superest inter Blombergam & Rintelenam Oppida. Comitatus hic complexus Ba-

Consecratur Romae sacerdos & Episcopus; sacra tamen per Vicarium Episcopum administrat

Familia Simonis Ep. & descriptio Comitatus Sternebergensis.

ren-

Simon Comes Sternebergius, opera Archiepiscopi Coloniensis Ep. Paderbornensis.



renberg, Uffelen, ceterosque pagos & vicos, quo nunc una alterave Satrapia continetur. Similis Lippiensium Comitum antiquitus fuit, antequam feudis Paderbornensis Ecclesiae ineresceret. Totus hic Comitatus feudum est Ecclesiae Paderbornensis, qui morte Joannis postremi Comitis, ut infra referemus, ad Schawenburgicos Comites ex pacto transit, & his extinctis, ad Ecclesiam Paderbornensem recidit.

Simon Ep. in urbem Paderb. solemniter introducit.

At Simon Sternebergius, postquam sacerdos & Episcopus consecratus Roma rediit, ad Fridericum Coloniensem Archiepiscopum se contulit, ab eoque xv Julii splendido procerum comitatu Paderbornam est introductus. Et Canonici majoris Ecclesiae, visis Urbani Pontificis literis, quibus sibi Episcopus creatus datusque esset, acquievere, admissumque in Cathedra & possessione Episcopatus collocavere. Is deinde convocatis ordinibus in comitium de Republica constituit; ac pridie Mariae Magdalena Warburgensi Senatui populoque pro recepto more vetera privilegia confirmavit. Idem festo D. Severini Brackelensibus, ceterisque exinde pro merito Oppidis fecit; quod in ingressu in Episcopatum omnia pacata reperiret, praeter urbem Paderbornensem.

Gobelinus a. a. 6. c. 70 Urbis Pad. temeraria circa oblationes pro defunctis ordinatio.

Enim vero obitum Henrici Episcopi, cujus auctoritate armorumque potentia haecenus in officio metuque continebatur, aucti Consules civitatis plebiscitum promulgare, quo vetitum, ne in exequiis mortuorum non nisi in uno sacrificio Missae oblatio fieret: idque tam viris quam mulieribus imperatum; fecus qui faceret, Magistratui marcae unius multa obnoxius esset; tametsi

haecenus mos obtinisset, ad tria plerumque sacrificia oblationes proprio arbitrio facere. Indignatus quidem Clerus, haec a politico Magistratu praescribi; Verum quia nemo, ut Gobelini verbis loquar, huic vulnere sanando oleum affudit, graviori etiam post malo erupit. Quippe Wilhelmo Episcopo aucti post aliam legem sancire, qua praescriptum, si qui cives exequias velent celebrari solemnibus Missae sacrificiis, eas non nisi die dominica fieri curarent. Hanc legem quod iniqua, esset, ac nemo Parochorum publice pro concione promulgare vellet, ipsi Consules ac senatus vicatim per domos denunciavere. Multo id insultius quam prius decretum erat; tanquam dies dominicus, qui latitiae & Christi resurgentis memoriae est consecratus, luctui in posterum mortuorum impendendus. Tamen auctor hujus plebisciti post ad summam inopiam adactus, foro etiam cedere necesse habuerit. Eo vesaniae abitur, cum populus rerum sacrarum sibi iudicium, & imperium sumit, cyathorum evacuandorum, quam sacrorum canonum magis gnarus. Quamquam haec iusta etiam numinis poena videri potuerit, populum sibi munia Episcopi sumere, ex quo Episcopi nostri primum pontificalibus muniis, ut supra diximus, sacrisque se vestibus exuere ceperunt, sago magis militari quam toga conspicui. Haec haec ex libertate plebis fuere praesidia, quae majori post turbamento sacrorum invaluit in Bohemia & Germania. Ea nimirum per id tempus a Wicelso & Baleo in Anglia pestilentissimis haeresiarchis profusa, magnis incrementis serpebat, ex qua haud multo post transitum fecit in Bohemiam.

Erasmus. Turbae civium Osnab. contra eorum.

## Annus Christi 1381.

Urbani VI. Pont. 4. Wenceslai Reg. 4.

Simonis II. Ep. Pad. 2.

Wenceslaus R. otio deditus, imperii administrationem negligit.

Subinde Wenceslaus Caesar, omnibus curis abjectis; otio & voluptatibus se permittebat. Hinc deinceps publicorum operum parum se annalibus dignum offeret. Coepitque Imperium tanquam navis sine rectore fluctuare; tantumque incolumitatis manebat, quantum quisque Principum aut foedere armorum, aut pacis studio in sua provincia conservare poterat.

Potho Monasteriensis Episcopus, qui Wenceslai patrocinio impositus erat, cum populi, cui praerant, linguam, mores, & instituta patriae non calleret, & paucis in consilium adhibitis, iisque adulatoribus & perfidis hominibus, multa turbaret, nec in aliud magis quam pecuniam corradendam intentus esset, odia omnium incurrit. Comperitus enim Odingam castrum Ghemenibus

Potho Ep. Monast. male Dico. celi suae praest.

Theodoricus Ep. Osnab. foderi & Societati Hostiario vestigiis rum se jan. git.



bus Dynastis, Horstmarium Hojano Comiti oppignorasse, alia aliis venalia obtulisse, tanquam cum spolio aliquo fugam meditaretur. Præterque hæc in despectum venit, quod Benthemensem Comitem, & Solmensem Dynastam impune per dicecesin grassari pateretur. Monasterienses Canonici tam prodigi & ignavi Episcopi impatientes, Henrico Wolfio Præposito suo imperium dedere propulsandi hostes. Et ille vir animi excelsi, & militaris ingenii, evocato ministerialium equitatu, ac copiis undique collectis, primum depopulatores e dicecesi ejecit: Inde mense Augusto castrum Wolbecense & munimentum Telgetanum uno eodemque die armata manu, expugnatum in potestatem Capituli redegit. Quæ ubi Potho magno sui contemptu fieri, nec se tanto principatui gerendo parem cerneret, serâ de abdicando Episcopatu consilia agitare cœpit.

Nec in Osnabrugensi dicecesi omnia quæta erant; nam cum ex superiori bello in recuperandis dicecesis arcibus & castris cives Osnabrugenses magnos sumptus fecissent, urgerentque Clerum in partem onerum, & debitorum, & ille suam immunitatem & privilegia obtenderet, haud leuiter cives & Clerus collisi sunt; spectabatque res publicam seditionem; quæ tamen res auctoritate Theodorici Episcopi, viri cordati & sapientis, composita est; datique e nobilitate arbitri Everhardus a Warendorp miles, Fridericus Duvelius, Ludovicus & Ludolphus Hakii, Amelungus Buchius; quorum opera pax certis legibus inter clerum & urbem convenit.

Et Theodoricus eorum Episcopus, ut inter tumultuaria horum temporum bella se præmuniret, dedit se ultro in fœdus, & societatem Castrensiu Hovestadium; validum enim ea tempestate Hovestadium ad Luppia amnem castrum erat, a Caroli M. ævo celebre, ac sedes olim primorum Westphalia Ducum: magnaque in id se nobilium societas collegerat, haud secus quam in Sternebergense castrum; eoque jam ante Hermannus Comes Lippiensis, Otto Ritbergenis, alique potentes Dynastæ sese in fœdus horum Castrensiu conjunxere; quibus hoc anno The-

odoricus Osnabrugensis Episcopus accessit. Hæc enim per id tempus armata tribunalia erant, in quibus jus dicebatur: cujusmodi & Werlis erat in Ducatu Friderici quoque Archiepiscopi Colonienis Castrensiu militia instructum; memoranturque ex his literis hoc anno ab Archiepiscopo datis Castrenses nobiles Theodoricus de Berchem, Henricus de Uffelen, Theodoricus Lappius, Hermannus Brullius, Hunoldus de Berding, Arnoldus Schade, Everhardus & Thomas Rossius, Hermannus Ostheimius, omnes equestris ordinis viri.

Sub idem hujus anni tempus, quo Fridericus Colonienis Archiepiscopus Simonem Episcopum nostrum solemnî pompa introduxit in Paderbornensem dicecesin atque urbem, eundem quoque Antecessoris honore decoratum Marefchallum Ducatus Westphaliae fecit. Id quidem honorificum munus Archiepiscopus pro sex millibus florenorum Heidenrico ab Ore militi & Toparchæ Recklinghusano oppignorarat; At postquam Simon Episcopus noiter hanc pecuniæ summam numeravit refuditque Heidenrico militi, Archiepiscopus Marefchalli munus transtulit in Simonem Episcopum. Quæ super re adfunt certa apud nos monumenta literarum festo divisionis Apostolorum die, decimo videlicet sexto Julii, data.

At postquam Simon Episcopus noiter cum plena potestate Marefchallus Westphaliae impositus, supremaque illi administratio transcripta fuit, Præfecturam Werlensem ex consensu Præpositi, Decani, & Canonicorum Paderbornensium vicissim pignori opposuit Heidenrico ab Ore, acceptis mille florenis, quæ summa pecuniæ mox in utilitatem bonumque dicecesis Colonienis approbante Archiepiscopo conversa est. Conditiones huic transactioni adscriptæ, quibus jubetur præfectus hic novus fidem dicere Archiepiscopo, & Marefchallus pugnare adversus Archiepiscopi hostes, ipsumque Werlense castrum Simoni Episcopo ejusque Canonicis ad omnem ingressum patefacere. Extant hæc super re mutua transactionis tabulæ tam Simonis Episcopi, quibus se Marefchallum Westphaliae inscribit, quam Heidenrici ab Ore præfecti festo D. Urbani

Simon Ep. Paderbornensis Marefchallus Ducatus Westphaliae.

Præfecturam Werlensem oppignorat Henrico ab Ore.

Errovius. Turba civium Osnabrugensis contra datum.

Theodorici Ep. Osnabrugensis societas Hovestadium se junxit.

Potho Ep. Monast. male Dicecesis suæ præf. te.



ni Episcopi, & Martyris hoc ipso anno 28 Novembris consignata.

Hunc in modum sese Colonienfis Archiepiscopus & Simon Episcopus noster firmavere adversus hostes. Olim Conradus Archiepiscopus, & Simon eo nomine primus Episcopus noster hostilibus armis inter se decertavere: nunc Fridericus Archiepiscopus, & Simon II Episcopus noster synceri amici, & mutuo armorum federe colligati. Nililque tum opportunius ad mutuam tutelam erat; quod Episcopatus Paderbornensis Ducatui Westphaliæ magnam partem obtendatur, alterque alterius ope defendatur.

Fœdus Simonis Episcopi cum Duce Julii & Montium.

Ac Simon Episcopus, ut dicefin suam alio etiam præsidio firmaret, fœdus inivit cum Wilhelmo Duce Julii & Montium, eodemque Comite Ravensbergenfi, super castro Radenkenberga, quod alii post Reckenberg dixere, & præfectura Widenbrugenti; in quibus cum quartam partem sibi Dux, tum duas sibi partes Simon Episcopus certa summa pecuniæ Paderbornensi Ecclesiæ a Theodorico Osnabrugenti Episcopo

& Capitulo ejus Ecclesiæ oppignoratas vendicabat. Id certis legibus ritu Castrenfium fœderum est iſtum; castrum videlicet & bona præfecturæ mutuis armis defendantur: neuter sine alterius voluntate quicquam alienabit, aut vendet: neuter ex hoc castro hostilia faciet, bello inter se exorto; nec sine alterius consensu præfectos castrisque custodes imponet, & quæ ejusmodi multis utrinque convenerent. Acta hæc referuntur Paderbornæ ex assensu Præpositi, Decani, & ceterorum Canonicorum, testibus præsentibus Fridericus de Brencken, Henrico Westfaliæ, Henrico de Wienhorst militibus, Alardo de Busch armigero, aliisque quam plurimis fide dignis viris. Anno Christi MCCCXXXI pridie D. Ambrosii Episcopi.

Adhæc Simon Episcopus noster, quia alio simul federe conjunctus erat cum Ducibus Brunfwicentibus & Lunenburgensibus, bello, quod Albertus Dux Brunfwicentis & Grubenhagenensis Marchioni Thuringensi intulit, copias suas submisit, quibus Fridericum a Brencken & Cratonem Hohenselsium ductores præfecit.

## Annus Christi 1382.

Urbani VI. Pont. 5. Wenceslai Reg. 5.

Simonis Ep. Pad. 3.

Obitus Ludovici Archiepiscopi Moguntini, quod cum de fe- de Mogunt decertavit Adolphus Nassovius. Langius in Chron. c. 12. Trithem. in Chron. Span. Serrar. in Mogunt. Chron. Mogunt. Crantz. l. 20 Metrop. c. 23. Spanhem in Chron. Mansfel.

Post hæc annus hic insequens funesta morte sustulit Ludovicum Moguntinum Archiepiscopum ac Metropolitanum nostrum, ex quo in octavum annum cum Adolpho Nassovio de Archiepiscopatu decertasset. Adolphum quippe, ut supra retulimus ad annum 1373, Canonici elegerant: Ludovicum Misniæ Marchionem, rogatu Caroli Imperatoris, Pontifex præstituerat. Id schisma in hunc annum duravit, magno Ecclesiæ illius damno, dum Adolphus Erfurdiam aliaque per Thuringiam castra, ac bona cetera Ludovicus Caroli & Wenceslai Regis patrocinio infideret. Crantzius & Langius hunc simul Magdenburgensem Archiepiscopum numerant, ac Petri Bohemi in eadem Cathedra superiori anno Successorem; ut recte scripserit Crantzius; per multas Ecclesias oberasse; nec ullibi requiem invenisse; quippe qui primum Halberstadiensis, deinde Bambergensis Episcopus, post

Moguntinus, ac demum etiam Magdenburgensis Archiepiscopus fuit. Homo ob splendorem generis elatus, & venationi, luxui, & vanitati deditus; in qua & ultore Deo vitam suam clausit. Quippe cum pro ingenio & depravatis moribus in Oppidi Calvensis curia convivio & choreis puellarum in multam noctem interesset, ortum est repente incendium in vicino cubiculo, ad cujus terrorem conviva, qui trecenti ex utroque sexu censebantur, conglobati ad gradus convolant, interque hos Archiepiscopus turbæ immixtus; qua prementium mole dum gradus rupti prolabantur, inter præcipientes solus Archiepiscopus cervices frangit, ceteris fere illatis; delatusque ad vicinam domum altero die expiravit; nec tamen incendium id majus compertum, quod non a puero etiam extingui poterat. Simul per id tempus Joannes Citicensis Episcopus in choreis mulierum, duas nobiles matronas, medius

com-

Potho Ep. Monast. transfertur ad Ecclesiam Sueroniensem.

Chron. Wal. Henred.

Pothoni succedit in Episcopatu Monast. Henricus Wolfius.



complexus, inter saltandum repentina morte concidit. Hic exitus Episcoporum, qui mulierum consortiis & choireis capiuntur. Ejusmodi non pauci Episcopi Caroli IV & Wenceslai Regis patrocinio obtrudebantur Ecclesiis; dispari sane quam a Carolo M. ceterisque religiosissimis Imperatoribus factum est sollicitudine. Extincto Ludovico Metropolitano nostro, Adolphus Nassovius quietam Moguntini Archiepiscopi possessionem adiit. Præful multo dignior, cujus œconomico studio omnia debita dissoluta, & Hermannus Landgravius Hassiæ bello ad obsequium, & dicecesis illa amplissima in optimum statum reposita est. Demum & hoc anno ad querelas Canonicorum Monasterientium Pontifex Pothonem eorum Episcopum ad Swerinensem Ecclesiam transtulit, in qua superiori anno Melchior ex Osnabrugensi eo translatus excefferat. Sed nec illic integre quieteque Episcopatu potitus Potho, iisdem malis involvitur, homo nullius frugi; cujusmodi tum homines Episcopatus ambibant; qualis & Albertus Sternebergius Comes per id tempus gente Bohemus Magdenburgensis Archiepiscopus, postquam sacris profanisque spoliis dicecesin exhaustisset, Petro, item Bohemo, facta commutatione transcripsit. Præfules quibus ne pagum quidem regendum commiseris. Monasterienses hoc versu Pothonis regimen notarunt.

*Providus ex toto non fuit ille Potho.*

Pothoni Canonicorum electione subrogatus in Cathedra Monasteriensi Henricus Wolfius ex veteri Wolfiorum inter Monasterienses in Fuchtelen nobilitate. Is per gradus dignitatum proventus, primum Pastor in Hertzvelt ad Luppam, deinde Canonicus Cathedralis Ecclesiæ, tum Scholasticus, post Præpositus, demum ejusdem Ecclesiæ Episcopus. Vir, ut jam retulimus, ab eo cæpto ita deinceps ex toga sagoque acerrimus libertatis Ecclesiasticæ vindex. Ac Fridericus Colonienis Archiepiscopus ejus electione lætus (quippe, qui haud secus pro eo quam pro Simone Episcopo laborarat) scripsit ad Pontificem; & facile tam præstantis Episcopi confirmationem intravit. Qua allata, cum Engelberto Marciano Comite, & Theodorico, fratre exquisita pompa in urbem introdu-

xit, applaudente clero & populo. Inaugurationem celebrem etiam fecit Otto Teclenburgicus Comes, qui pro veteri more ad ingressum Episcopi in urbem jussus est pulsare campanas in aede D. Ludgeri. Vasalli hoc ejus munus erat; & cum ille centum marcas peteret, obtenderetque pro obsequio illo; nemo tamen fuit, qui penderet, eo quod dicerent, jam a multis retro annis eas marcas non consueisse solvi: nec æquum illi esse petere, qui far multis beneficiis pro eo obsequio quotannis remuneraretur.

Ad hunc modum magno Westphaliæ bono duos sibi Westphaliæ Episcopos inime conjunxerat Fridericus Colonienis Archiepiscopus, Monasteriensem & Paderbornensem, quos commendatione apud Pontificem in sedibus suis collocavit. Ac Simon Episcopus noster, qui Mareschalli etiam Ducatus Westphaliæ munere exornatus erat a Colonienis hoc anno, ne qua controversia ex hoc munere obmoveri posset, gratumque se præstaret, publicas tabulas confecit in conventu procerum super pecunia, qua sibi Ducatus Westphaliæ oppignoratus erat; hisce vero tabulis contestatur sibi pro ea pecuniæ summa satisfactum esse ab Archiepiscopo, tantumque restare tria millia florenorum ac septingentos, pro quibus castrum Calenbergum, Luda, & Almena Paderbornensi dicecesi obligata maneat, id quod XVI Novembris hujus anni ex consensu Capituli transactum est. Inde incertum qua consilii necessitate Simon Episcopus telonium in Niemeni Oppido Friderico Flechtenio viro nobili, & judicium Warburgensi Magistratui oppignorat; nec multo post mediam partem castri & municipii Burani; uti hanc sub Henrico Episcopo partim emptam partim donatam diximus, rursus pignori opponit, Buranis Dynastis; id quod literis a Theodoro Adolpho Episcopo editis constat.

Sub idem tempus Bertholdus Buranus Dynasta cum fratribus ac filiis suis eandem partem suam, dimidium videlicet castrorum recipit in feudum a Simone Episcopo; juriq; suo renunciat, quod in castro & præfectura Wunneberg obtinebat. Qua super re hæ tabulæ sunt confectæ.

P p

Nos

Episcopi Monast. & Paderborn. ab Archiep. Colon. promoti, et demum obnoxii.

Dynastæ Burani dimidiam partem castrorum feudum agnoscunt Episcopi Paderb. renunciant; juri, quod

Potho Ep. Monast. transeatur ad Ecclesiam Swerinensem.

Pothoni succedit in Episcopatu Monast. Henricus Wolfius.



habebant  
in castro &  
praefectura  
Wünnens  
bergenfi.

Nos Bertholdus Dominus in Büren, Hermannus ejus frater, & Bertholdus, Wilhelmus, & Henricus Domini Bertholdi filii fatemur, & attestamur publice pro nobis, & pro Bertholdi filio necdum quinquennali, & pro aliis nostris haeredibus in hisce literis, quod cum nostro venerabili Domino Dno Simone Episcopo Paderbornensi & suo Capitulo, qui mediam partem castrorum & Dominii in Büren cum suis appertinentiis a nostro cognato Simone de Büren & suis fratribus emerunt, convenimus & concordavimus super nostra parte eorundem castrorum, & Dominii in Büren, quae altera medietas est, ita quod nos a nostro Domino Dno Simone Episcopo Paderbornensi praememorato nostram partem castrorum & Dominii in Büren, prout praescriptum, cum Gograviatibus, Burggraviatibus, monetis, teloniis, molendinis, villis, & aliis eorum appertinentiis, prout ista nunc possidemus in feudum accepimus, & nostri haeredes masculini, aut feminini sexus, vel si haeres masculus ad ista non existeret, eam non vacantem a nostro Domino praememorato, & suis successoribus Episcopis Paderbornensibus suscipere debent, prout nostri Parentes istam partem cum suis appertinentiis praescriptis a suis Praedecessoribus & diecesi Paderbornensi semper in feudum habuerunt. Etiam debent ipsi nos & nostros haeredes fideliter defendere pro suo posse, & in istis castris & Dominio cum suis appertinentiis praescriptis in omni nostro antiquo jure relinquere, expressis punctis, & articulis in hisce literis placitis. Praeterea debemus nos & nostri haeredes nostram partem istorum castrorum, Dominii judiciorum, vel appertinentiarum praescriptarum nulli vendere, vel in alterius cujuscunque manus ullo modo dimittere sine dolo. Si autem voluerimus nos aut nostri haeredes istam praescriptam nostram partem istorum castrorum Dominii & judiciorum cum suis appertinentiis vendere, aut quocunque modo a nobis dimittere, hoc ipsum debemus nos praedicto Domino nostro, aut suis Successoribus & Capitulo Paderbornensi uno anno ante denunciare, & notum facere, quando iste annus tunc evolutus, tum debemus nos ipsis eandem nostram partem istorum castrorum & Dominii cum suis judiciis & aliis appertinentiis haereditarie cedere, & ipsos in illa firmiter ponere pro mille

marcis argenti Paderbornensis ponderis & valoris, quas ipsi nobis tum plene in omnibus dare & solvere debent in civitate Buren sine detentione & arrestatione, & asscurare nobis istud argentum ad duo milliaria a Buren, quo loco id nos exigeremus pro se & omnibus iis, qui de eorum voluntate agere, omittere quid vellent, absque fraude. Si vero ipsi tunc nobis istam summam argenti pro nostra praescripta parte dare & solvere non vellent, prout praescriptum, tunc possemus nos istam nostram partem alteri cedere, praeservato ipsis infeudandi & Episcopatus jure. Praeterea quod Wunnenberg cum suis appertinentiis, sicuti ipsi haec a Walrado de Buren nostro cognato emerunt, totaliter & in omnibus renunciavimus & renunciamus in hisce literis, ita quod nos & nostri haeredes ipsos desuper nunquam amplius concenire, aut molestare debemus, nec velimus. Praeterea nos resignavimus & resignamus in his literis potestati, quam habebamus emendi & redimendi ab ipsis mediam partem castrorum & Dominii in Büren cum judiciis & aliis appertinentiis, quam a nostro cognato Simone de Buren & suis fratribus emerunt, uti praescriptum est, & dimittimus ipsos quietos & liberos ab omni promissione, quam nobis desuper fecerunt, & pronunciamus inanes & resolutas omnes istas literas, quae desuper datae fuerunt, ita quod ipsi eam mediam partem istorum Castrorum & Dominii in Buren cum suis judiciis, & aliis appertinentiis praescriptis quo ad nos & nostros haeredes posthac haereditarie & perpetuo habere & possidere possint pro sua utilitate & necessitate. Omnia haec conventa, & articulos praescriptos omnes, & singulos pro nobis, & pro Bertholdo nostri Bertholdi filio praescripto, & aliis nostris haeredibus bona fide promissimus, & promittimus in hisce literis firmiter & inviolabiliter servare, & contra ista nunquam agere, aut fieri permittere nostro nomine nullatenus absque dolo. In cujus testimonium & stabilimentum Nos Dominus Bertholdus, Wilhelmus & Henricus de Buren praenominati pro nobis, & Bertholdo praenominato, & aliis nostris haeredibus nostra sigilla hisce literis appendimus. Pro majori confirmatione noster Dominus Dominus Simon Episcopus, & suum Capitulum Paderbornense praenominatum ab una parte,

Ex literis P.  
Mauritii de  
Buren,  
Odericus  
Raynald,  
in historiis  
Ecclesie,  
Hilf,  
Sijovic.

Bella Archi-  
ep. Colon.  
cum Duce  
Clivenfi &  
Comite  
Marciano,  
Chr. Colon.  
Chr. Tremo.  
Tschernach  
Clesnorg.  
Witzius.  
Xrjenbr.  
in Chron.  
Manaf.



parte, & nos ab altera parte nostros ci-  
ves Burenſes rogavimus, quatenus ipſa  
haſce literas cum ſuae civitatis ſigillo etiam  
ſignarent. Et nos Conſules, Senatus,  
& Communitas civium in Büren, quæ  
omnia iſta conventa, præſcripta, in quan-  
tum nos iſta tangunt, a noſtra parte fir-  
miter obſerventur, & inviolata perma-  
neant, pro voluntate Dominorum noſtro-  
rum prænominatorum utriusque patris  
noſtræ civitatis ſigillum hiſce literis fe-  
cimus appendi. Actum & datum Pa-  
derbornæ Anno Domini Mccc octoge-  
ſimo ſecundo, in vigilia omnium Sancto-  
rum.

(L.S.) (L.S.) (L.S.) (L.S.)  
(L.S.) (L.S.)

Hiſce tranſactis, ſtatim octavo poſt  
hinc die Episcopus & Dynaſtæ Burani  
fœdus Caſtrenſe pacifcuntur, quo in  
mutuam deſenſionem armorumque  
conjunctiõnem ſefe devinciunt. In hoc  
paciſ fœdus ob hæc eadem civilium bel-  
lorum tempora conjungere ſefe Her-  
mannus de Braclæ, Widekindus de Fal-  
ckenberg equites, Simon de Went, Al-  
bertus de Braclæ, Fridericus de Dri-  
borg, Fridericus de Flehten, Gyrius  
de Calenberg, Hermannus Krevet,  
aliique e nobilitate viri, paciſ publicæ  
cum Simone Episcopo amantes.

Et vero cum per id tempus longe  
gravius ſchiſmatis malum, ut ſupra re-  
tulimus, diſtraheret Eccleſiam; Urbanus  
Pontifex, quod ad hunc annum  
etiam admonuit Raynaldus in hiſtoria  
Eccleſiaſtica, diverſos per regna & pro-

vincias miſit Apoſtolicos Legatos, ad  
Germaniæ etiam Episcopos, quorum  
opera & doctrina populos in ſua fide  
contineret. Quam in rem Raynaldus  
cum unam tantummodo epiſtolam pro-  
ducit ad Leodienſes; tum nos Pontifi-  
cis literas ad Simonem Episcopum no-  
ſtrum per Joannem Sleswicenſem Epi-  
ſcopum Legatum delatos hic conjungi-  
mus, non ſine teſtificatione laudum.

Urbanus Episcopus Servus ſervorum  
Dei. Venerabili fratri Episcopo Pader-  
bornenſi ſalutem & Apoſtolicam benedi-  
ctionem. Ex multorum fide dignorum  
relatibus percepinus, quod magnum ge-  
ris ad Nos & Romanam Eccleſiam de-  
votionis fervorem, & contra ſchiſma-  
ticos, & Dei ac prædictæ Eccleſiæ ini-  
micos viriliter reſtituisti, atque reſiſtiſti.  
Unde merito tuam prudentiam com-  
mendantes, tibi gratiarum reſerimus  
actiones, te attentius rogantes & exhor-  
tantes, ac in remiſſionem tibi peccanni-  
um injungentes, ut a prædictorum  
ſchiſmaticorum nequitiis & aſtutiis pru-  
denter præcavens, ipſos vel eorum per-  
ſequaces ad terras vel loca tua nullate-  
nus accedere permittas ſed ipſos capi fa-  
cias, & efficaciter perſequaris. Super  
his autem ex parte noſtra loquetur tecum  
venerabilis frater noſter Johannes Epi-  
ſcopus Sleswicenſis latoꝝ præſentium, cui  
circa ea, quæ tibi ſuper præmiſſis ex  
parte noſtra referet, fidem velis credu-  
lam adhibere. Datum Romæ apud ſan-  
ctum Petrum VII Idus Maji Pontifi-  
catus noſtri anno quinto.

Urbanus  
Pont. roma-  
mendat Si-  
monem Ep.  
Pad. quod  
ſchiſmatici-  
cis reſtitu-  
it.

## Annus Chriſti 1383.

Urbani VI. Pont. 6. Wenceslai Reg. 6.

Simonis Ep. Pad. 4

Subinde Weſtphalia, quæ hæte-  
nus auctoritate Friderici Colonienſis  
Archiepiscopi, ac fœdere vicinorum  
Episcoporum quietæ fuit novo armo-  
rum motu concuti cœpit, invaleſcente  
inter Archiepiscopum & Adolphum  
Cliviæ Ducem diſcordia. Belli flamman  
injecit caſtrum Dickium, e quo præ-  
fectus, inſtigante aut permittente Cli-  
vio, prædis inſeſtabat inferiorem Co-  
lonienſem diœceſin. Quibus offenſus  
Fridericus Archiepiscopus conſervato-  
res paciſ, Simonem Episcopum Mare-  
ſchallum ſuum, Henricum Monaste-

rienſem, ceterosque præſules & pro-  
ceres appellat; horum ille impetratis  
ſubſidiis caſtrum per ſex hebdomadas  
obſeſſum ad deditionem compulſit di-  
ruitque.

Iſdem ſimul armis Archiepisco-  
pus caſtrum Vienhoven prædonibus in-  
feſtum expugnat, injectisque flammis  
evertit; id quod multo ægrius tulit  
Adolphus Cliviæ Dux, & frater ejus  
Engelbertus Marcanus Comes. Ae  
Marcanus, ut præceps erat ad arma,  
collectis copiis Werlas in Ducatu Weſt-  
phaliæ

P p 2

Ex literis P.  
Mauritii de  
Büren.  
Obricus  
Raynald.  
in hiſtor.  
Eccleſiæ.  
Hiſtor.  
Meyſer.

Bella Archi-  
ep. Colon.  
cum Duce  
Clivenſi &  
Comite  
Marcano.  
Chr. Colon.  
Chr. Tremo.  
Tſchemach  
Clamſorg.  
Witrius.  
Kerſenbr.  
in Chron.  
Monaf.



phalia nono Octobris aggressus, Oppidoque intercepto, spoliis & flammis exhaustis.

Urbs Monast. peste & incendio vastatur.

Prospera Henrici Monasteriensis Episcopi exordia funestavit pestis ac flamma in urbe. Nam ut fasti eorum memorant, pestis quæ per Westphalam grassabatur, intra sex menses ultra octo hominum millia utriusque sexus in urbe extinxit. Accessit altera urbis calamitas, funesto urbis incendio, quo supra 400 aedes intra templum S. Servatii & Ludgeri absumptæ. Quare ad

numinis iram placandam Henricus Episcopus lugubrem circa omnia urbis templa supplicationem indixit; in qua ipse cum Clero, religiosorum cætu, & juventute studiosa processit, sequente Magistratu cum civibus ac matronis; cui se ultro magnus numerus, e sequiore cum primis sexu, pœnitentium habitu, & nudis pedibus incedens, conjunxit. Quo ritu supplicatio hæc feria 2da ante sacrum D. Margarethæ diem instituta, ad nostram usque memoriam solennis fuit.

## Annus Christi 1384.

Urbani VI. Pont. 7. Wenceslai Reg. 7.  
Simonis II. Ep. Pad. 5.

Ex tomis M. SS. P. Mauricii.

Tandem annum sequentem Westphalia a bellis vacuum habuit, postquam fœdere inter se inito, factaque armorum conspiratione, Colonienfis, Monasteriensis, Paderbornensis, & Osnabrugensis Episcopi, penes quos summa potestas erat, tumultuarios Comites, nobiles, & prædones compressere. Et Heidenricus Monasteriensis Episcopus, quo certius paci consuleret, fœdus in quatuor annos pepigit cum Balduino Steinfordensi, & Joanne Solmenfi Ottensteiniano Dynasta, eorumque filiis, cui & urbs Monasteriensis accessit. Fœderis hujus leges fuere: turbatores pacis junctis viribus aggredi, & jus cuique facere.

Chron. Minden. Zerbeckius in Chron. Schorwenb. Obitus Widekindi Ep. Mindensis, præclare de sua Ecclesia meriti.

Ceterum hic annus sustulit Widekindum, eo nomine II. Mindensem Episcopum, gesta in decimum sextum annum præfectura sacra; quocum Henrico Spiegelio, & Simoni Episcopis nostris fida animorum armorumque ex cohærente ejus diœcesi conjunctio fuit. Ortus erat Widekindus ex Dynastis de Monte haud procul Minda, Advocatisque opulenti & potentibus Mindensis Ecclesiæ. Præsul, ut a Crantzio relatum est, in utroque statu præstans, religione non segnus, armis strenuus, Ecclesiastica libertatis vindex acerrimus; quippe qui cum Duce Brunswicensi congressus, prælio vicit, & bona

Ecclesiæ in libertatem asseruit. Demum præclare meritis de Ecclesia excessit, pridie D. Dominici, cujus ille familiam sacram apud se Mindæ, florentesque in eo Cænobio viros religiosos singulari semper benevolentia & largitate complexus erat. Humatus est in Basilica ad aram, quam majores erexerant, dotarantque. Ab obitu dissensio oborta inter Canonicos de successore; quæ tamen haud multo post composita, septimoque mense concordi suffragatione delectus Otto Præpositus Collegii Hildesimensis, quod est in monte extra urbem, frater germanus Widekindi; seu ut fasti Mindenses referunt, consanguineus Widekindi, vir egregius pietate & religione in Deum. Tertius ex ea familia Gerhardus Hildesimensis Episcopus ex Verdensi Ecclesia translatus. Præsul magnanimus, interque suos religione, & militari felicitate multo celebrior. Ejusmodi per Westphalam Saxoniamque plerique ea tempestate Episcopi, in nullo degeneres, ab optimis & prisca religionis Episcopis; præterquam quod cum toga sagum militare, ob injurias Principum, & rapacitatem Comitum nobiliumque, fumentum fuerit; cum Cæsarum auctoritas & defensio eos destitueret, tantumque ex prisca Cæsarum donatione retinerent, quantum & ipsi inter Imperii Principes suis armis tueri poterant.

Crantz. l. 10. Metrop. cap. 33. Chron. Hildes. Successor illius Otto consanguineus.

Lipstadiensibus D. Augustini religiositate incultas erigendi domicilium in urbe Pad.



ANNUS



Annus Christi 1385.

Urbani VI. Pont. 8. Wenceslai Reg. 8.  
Simonis II. Ep. Pad. 6.

Gobelinus  
Dilectus in  
Chr. Hassia.  
Serrarius in  
Mogunt.  
hijor.  
in Adolpho  
Hassus ar-  
mis acla-  
ctus a vexa-  
tione vici-  
narum Di-  
ocesium  
cessit.

Hanc ob causam anno etiam proximo bellum adversus Hermannum Hassia Landgravium communi conspiratione ab Adolpho Moguntino, Friderico Colonienfi, Theodorico Osnabrugensi Episcopis sumptum est; tractique in societatem armorum Otto Dux Brunsvicensis, & Bathasar Thuringia Landgravius. Hi conjunctis in validum exercitum viribus Hassiam ingressi, Castellam obsedere; in easque angustias redegere Hassiam, ut 20000 florenorum pacem redimere, & vexatores Episcoporum abjurare necesse habuerit. Hassius vero cum solvendo non esset, tria castra Wolfhagen, Grebenstenium, & Zierenbergam Moguntino cessit in pignus. Non eo contentus Moguntinus, iussit Hassium, quod vasallus, & Marschallus suus esset, Frislarie in congressu Episcoporum publice suis manibus avenam in pabulum equorum demerere. Id quod eo tempore factum narrat Serrarius ex vetustis Moguntinae Ecclesiae fastis. At ubi nuncilla Archiepiscoporum auctoritas? obtinuit in praesens hoc bello Simon Episcopus noster, ne Landgravius, ut haecenus fecerat, Paderbornensem dioecesim & Corbeiensis depraedationibus divexaret.

Lipstediens  
fons D. Au-  
gustini reli-  
giosus da-  
tur facultas  
erigendi  
domicilium  
in urbe Pad.

Ac Simon Episcopus noster cum frequenti opera Sacerdotum e Lipstadiensi Cenobio Ordinis D. Augustini intereretur per dioecesim & urbem, aream illis prope Paderam & Episcopi palatium ad domicilium erigendum (id quod Otto Episcopus ceperat) acceptis xxx florenis concessit; qui tamen redderetur, si palatium Episcopi instaurandum sumeretur. Tabulis hac super re confectis impressum sigillum, quo B. Virgo patrona conspicitur puerum ulnis complexa: utrimque duo Episcopi Kilianus & Liborius manu thronum prehendentes: in altera parte crux Paderbornensis Ecclesiae, in altera stella Sternebergensis Comitatus insigne.

Ceterum hoc anno Urbanus Pontifex praeclearam & omni amore fiduciaque plenam scripsit epistolam ad Simonem Episcopum nostrum, qua ei duo

pericula, e quibus admirabili Dei providentia ereptus fuit, prolixè significat, hortaturque, ne per schisma se suosque ab Apostolicae sedis fide averti sinat. Subiit enim hoc anno Pontifex praesens vitae discrimen; primum ex conspiratione quorundam Cardinalium in caput suum, quae per fidos amicos detecta. Hinc Cardinales conjurationis convictos in vincula abripit; in quorum deinde locum alios sibi fidos delegit; interque hos etiam Adolphum Moguntinum, Fridericum Colonensem, Cunonem Trevirensis, Archiepiscopos, & Arnoldum Leodiensem ex Germanis nominavit Cardinales; quod nulli genti magis sincerae salutem suam committendam censeret. Quamquam Archiepiscopi post longam deliberationem honorem illum recusarint; fallanturque Ciaconius, Andreas Victorellus, Ferdinandus Ugellus, a quibus inter Cardinales, nescio quibus etiam gentilitiis signis exornati, numerantur. Alterum Pontificis periculum multo gravius incessit; obiectus enim in quintum mensem a Carolo Neapolitano Rege in castro Luceria. Jamque expugnata exteriori castris parte, interius castrum, in quod se Pontifex receperat, admotis machinis, injectisque saxis, in extremum discrimen venerat; cum Genuensium classis, alique fidi Pontificis Principes, obsidionem solvunt, depulsisque hostibus Pontificem liberatum, Genuam deducunt, fidam Pontificis urbem; sicuti haec multis denarrat Theodoricus Niemijs, & Gobelinus noster, qui Pontificis tum aulam secutus omnia coram spectavit, atque ex his Paderbornensibus nostris scriptoribus retulit Raynaldus in historia sua Ecclesiastica. Nunc ipsam Urbani Pontificis epistolam, quibus haec Simonis Episcopo, sincerissimo suo inter Germaniae Episcopos amico, sub exitum hujus anni perscribit hic referre juvat.

Pontifex  
binis gra-  
vioribus  
periculis  
liberatur.

Quod per  
litteras Si-  
monis Ep.  
Pad. indicat

Urbanus Episcopus Servus servo-  
rum Dei venerabili fratri Simoni Epi-  
scopo Paderbornensi salutem & Aposto-  
licam benedictionem. Benedictus Do-  
minus Deus Israel, quia visitavit & fe-  
cit redemptionem plebis suae, nostri sci-  
licet,



licet, & eorum, qui in angustiis & ob-  
fusione nobiscum fuerunt fidelium, &  
erexit eorum salutis nobis, uti in domo  
David pueri sui, fortis videlicet & fide-  
lis populi Januensis: Et fecit salutem  
ex inimicis nostris, & de manu omni-  
um, qui oderunt nos, ut sine timore de  
manu inimicorum nostrorum liberati  
serviannus illi, non utcumque, sed stabili  
firmitate, & iustitia coram ipso omni-  
bus diebus nostris. Merito cunctis die-  
bus vite nostrae in huiusmodi firmitate  
& iustitia servire tenemur altissimo,  
narrantes laudes, & virtutes ejus, &  
mirabilia ejus, quae fecit: filii, qui na-  
scentur, & exurgent, narrabunt ea filiis  
suis, ut ponant in Deo spem suam, &  
non obliviscantur opera Dei, & manda-  
ta ejus exquirant. Nonne ergo Deo sub-  
jecta erit anima nostra, ab ipso enim sa-  
lutare nostrum, nam cum dixissent ini-  
mici nostri nobis, & qui custodiebant  
animam nostram consilium fecissent in  
unum, dicentes, Deus dereliquit eum,  
persequimini, & comprehendite eum,  
quia non est, qui eripiat, ipse Dominus  
salvator noster, & liberator noster posuit  
animam nostram ad vitam, & non de-  
dit in commotionem pedes nostros: transi-  
vimus per ignem & aquam, & eduxit  
nos in refrigerium, & statuit in civi-  
tate munita, & in loco spatioso pedes no-  
stros, in hac videlicet fidelissima civitate,  
ubi divina favente clementia cum magna  
reverentia & obedientia dicti populi,  
sublatis quibusvis impedimentis & ob-  
staculis, Apostolicae dignitatis officium  
exercemus. Nam non solum praesentis  
civitatis copiosissima multitudo, verum  
etiam de civitatibus, terris, castris, vil-  
lis, & locis circumpositis turbae multae  
devotionis ardore succensae confluent  
benedictionem recepturae. Praeterea hi  
qui detrahebant nobis ad nos veniunt,  
& vestigia pedum nostrorum adorant.  
Nos autem summi Pastoris, cujus vices  
licet immeriti tenemus in terris, doctri-  
nam salutiferam imitantes eis indulgentiam  
omnimodam impertimur. Haec  
fraternitati tuae succincte significanda  
censuimus, ad hoc, ut virulentis & do-  
lofis schismaticorum & haeticorum sug-  
gestionibus obtures salubriter aures tuas,  
& in fidei sinceritate, nostraque devo-  
tione, sicut fecisti hactenus, inconcussa  
stabilitate persistas. Nostri enim, imo

totius Christianitatis hostes videntes, qua-  
liter excelsus super omnes gentes Domi-  
nus nobiscum est mirabiliter operatus,  
magna opera Domini exquisita in omnes  
voluntates ejus obumbrare eorum sermo-  
nibus viperis, & veluti cancer serpen-  
tibus moliantur; sed muta fient labia  
dolosae & ora iniqua loquentium obstruen-  
tur. Super quibus tibi latius explican-  
dis dilecto filio Ecardo Oldendorp Ca-  
nonico Mindensi Capellano nostro latori  
praesentium fidem velis credulam adhi-  
bere. Datum Januae VI Calend. Janua-  
rii Pontificatus nostri anno octavo.

At vero cum per Imperium sub-  
torpente Wenceslao Rege omnia misce-  
rentur intestinis dissidiis, rapinis, &  
bellis, unicum salutis praesidium fuit in  
foederum societate; qualem hoc anno  
ad Westphalam in pace continendam  
inire inter se Fridericus Colonien-  
sis Archiepiscopus, Heidenricus Monasteri-  
ensis, Theodoricus Osnabrugensis,  
Simon Paderbornensis Episcopi, Bodo  
Corbeiensis Abbas, Engelbertus Mar-  
canus Comes, Henricus Waldecensis,  
Simon Lippiensis Comites, civitates  
Monasterium, Osnabrugum, Tremo-  
nia: adscriptique in hanc societatem Ot-  
to Episcopus Mindensis, Otto Comes  
Schawenburgicus, Otto Comes Teclen-  
burgicus, Otto Comes Ritbergensis,  
Theodoricus Comes Marcanus, Ber-  
nardus Comes Benchemius, Herman-  
nus Comes Eberstenius, & Balduinus  
Dynasta Steinfurdenensis, Joannes Comes  
Diepholdius, ac Widekindus de Monte.

Ad hunc modum, uti Spangeber-  
gius refert, convenere Otto Dux Brun-  
twicensis ad Leinam, Fridericus Dux  
Brunswicensis Albertus Dux Brunswi-  
censis ad Saltum, Moguntinus & Hal-  
berstadtensis Episcopi, Comes Reinste-  
nius, Helinstenius, Stulbergensis, &  
Mansfeldius, multique per Saxoniam  
proceres ac nobiles, publicum foedus  
sanciendo adversus praedonum licenti-  
am, quod idem in Franconia, Bavaria,  
Suevia factum memorant ceteri scripto-  
res, postquam Wenceslaus Rex ventri,  
& veneri se dedit, nec Bohemiam egres-  
sus ullam Reipub. curam attingere vi-  
sus est.

ANNUS

Pontifex  
Regis, alio-  
rumque  
Germano-  
rum open-  
tam contra ho-  
stes suos  
implorat.  
Odo Ricus-  
Royald.  
in histor.  
Ecclesijst.

Varia a va-  
riis federa-  
inita, ad  
continens-  
dam in pa-  
ce Westpha-  
liam Saxo-  
niamque.

Historia  
Tewring.  
Dilichius  
in Chron.  
Hassie.  
Hassie elos-  
quentia  
conjugis  
Landgravi  
ab hostibus  
liberatur.

Dux Julie  
Rebanti-  
nos Gravi-  
am obsiden-  
tes fugat,  
adjutus co-  
pis Simo-  
nis Paderb.



Annus Christi 1386.

Urbani VI. Pont. 9. Wenceslai Reg. 9.  
Simonis II. Ep. Pad. 7.

Pontifex Regis, alio-  
rumque  
Germano-  
rum opem  
contra ho-  
stes suos  
imploret.  
Odericus-  
royndal.  
in histor.  
ecclesiast.

Pontifex deinde, cum potentibus in Italia hostibus premeretur, misit in Germaniam Mattiolum Archiepiscopum Ragusanum, sedis Apostolicæ Legatum, qui exhibitus Henrici VII & Caroli IV Imperatoris, avi videlicet & patris Wenceslai Regis, literis, quibus se ad defensionem Romanæ Ecclesiæ obligarent, supplicas sollicitaret. Adhæc Pontifex VIII Februarii literas rursus dedit ad Simonem Episcopum nostrum, quibus petit, ut Wenceslao Regi auctor hortatorque sit ad maturandum iter Romanum, & coronam augustalem ritu majorum capeffendam, ratus si in Italiam cum Germanico exercitu veniret, omnes Romanæ Ecclesiæ hostes disjiciendos.

Haud dubium quin ejusmodi literas ad Electores Archiepiscopos, & ceteros Germaniæ Episcopos dederit Pontifex. At ignavus Rex Wenceslaus; qui & voluptatibus immerfus hærebat; nec subsidia misit Pontifici, nec Italiam ingressus, nec de corona Imperii suscipienda, nec de Imperio moderando unquam serio cogitationem suscepit, laqueo, ut inquit Cuspinianus, quam corona dignior.

Historia  
Thuring.  
Dilichius  
in Coron.  
Hassia.  
Hassia elos-  
quentia  
conjugis  
Landgravii  
ab hostibus  
liberatur.

Tranquilla interim Westphalia ex confederatione Episcoporum & procerum superiori anno facta; qua tamen pace frui non licuit Hermanno Hassiæ Landgravio, in cujus provinciam rursus irruptionem fecere Landgravius Thuringiæ & Moguntinus Archiepiscopus, prædis & vastatione infesti; au- sique denuo Castellam incingere, sedem Landgravii. Quam vim cum maritus armis avertere non posset, depulit eloquentia Landgravii conjunx, Margaretha, Burgravii Nurenbergenfis filia, Thuringumque viro reconciliavit.

Trans Rhenum bellum exarsit inter Joannem Brabantia moderatorem, & Wilhelmum Juliæ Gelriæque Ducem. Causa belli Graviæ ad Mosam Oppidum, quod uterque sibi vendicabat. Juliacensis ut a Divæo refertur, in societatem traxit Fridericum Coloni-

ensem Archiepiscopum, & cum eo Simonem Marefchallum suum, Monasteriensem, Trajectensem, & Bremensem Episcopos; præterea Cliviæ & Meursiæ Comites; quorum copiis Juliacensis confirmatus, Brabantinos, qui quadraginta millium exercitu Graviam obsidebant, altero post anno depulit in fugam.

Inter hæc Wilhelmus Juliæ & Gelriæ Dux, idemque Comes Ravensbergenfis, pacem Castrensem firmavit cum Simone Paderbornensi Episcopo super castro Reckenberg, & Wiedenbrugo Oppido, quæ loca ab Episcopo Osnabrugensi partito jure sibi oppignorata tenebant Dux & Episcopus noster. Consignata hæc pax Sparenbergæ publicis utrimque tabulis in pervigilio D. Thomæ, cum jam festo D. Martini a Duce impositus esset Heidenricus ab Ore ex militari genere fidus utrique præfectus.

Sollicitatus posthæc Simon Episcopus a Bredelariensibus Monachis Ordinis Cisterciensium pro subsidio indigentis Cænobii, quod Hassi viciniquè circum prædones, pro temporum illorum iniquitate, & conturbatione rerum evastarant. Id vero damnum religiosi sue diocesis viris illatum, quo affectu pietatis Episcopus reparandum suscepit, testes erunt hæc literæ.

Simon Dei gratia Paderbornensis Episcopus, Universis & singulis divorum rectoribus per civitatem & diocesim Paderbornensem constitutis, ad quos præsentis litteræ pervenerint, salutem in Domino. Pium est illis opem ferre, qui noscuntur malo alieno laborare, præsertim Dei famulis mundano auxilio destitutis. Cum igitur Monasterium in Bredelar ordinis Cisterciensis, nostræ diocesis Paderbornensis, dudum sit a perversis, quod dolendum referimus, citra religiosorum virorum Abbatis & conventus sui culpam misere deprædatum, facultatibus minutum, & tantis debitis aggravatum, ut plerosque Monachos suos & conversos emisit jam a se,

ceterorum-  
que Princi-  
pum.  
Pontan,  
in Gelr.  
Chr. Colon.  
Dreus.  
Chr. Belg.  
Seb. Cal-  
visius.  
Littera Ra-  
vensb.

Convenit  
inter Comi-  
tem Ravens-  
berg, & Si-  
monem Ep-  
iscopum super  
oppido Widen-  
brugo &  
castro Re-  
ckenberg.  
Simonis Ep-  
iscopi cura pro re-  
staurando  
Monasterio Brei-  
delariensi.



se, & nisi sibi a Christi fidelitatibus succuratur, residuos sibi emittere sit necessesse, suspensis in eo divinis laudibus, & pauperum hospitalitatibus: Dolorose universitatem vestram in Domino exhortamur, vos & quemlibet vestrum sub obiecto debito requirentes, quatenus religiosos viros, presentium exhibitores, quos pro petendis fidelium Eleemosynis, ad salutem meam, predictos duximus admittendos, debitis & consuetis solemnitatibus, premissis in Ecclesiis, ad proponendum propter hoc verbum Dei, favorabiliter admittatis, & aliud prout potueritis, promovere curetis, nihil ab eis postulando, nisi quod animo gratuito vobis duxerint largiendum: ut sepe dictum Monasterium ex his, que sibi a fidelibus destinari contigerit, confortatum, Monachos suos recolligat, dominia sua resumat, & hospitalitatum opera, plura prioribus exhibeat Domino sperante, vosque per hæc & alia pietatum opera, præter generalem remissionem & veniam,

quam ex hoc merebimini, & indulgentias dicto ordini & Monasterio concessas, etiam quadraginta dierum indulgentiam consequi valeatis, quam de Omnipotentis Dei misericordia, & sancti Liborii Patroni nostri confisi suffragiis, ob hoc vobis, ac omnibus, & singulis vere penitentibus, & confessis, qui dicto Monasterio de bonis sibi a Deo collatis Eleemosynas destinare curaverint, de injunctis sibi penitentis tenore presentium duximus concedendum ----- ab officii divorum, & inter sanctissimas, si que nostra vel Monachorum vestrorum auctoritate in loca vestra forsitane fuerint in presentia reliquiarum ejusdem Monasterii, ac religiosorum predictorum, ex causis premissis presentibus relaxantes, presentibus tamen post annum continuum minime valituris. Datum Nostro sub sigillo, anno Domino Mccclxxx sexto in vigilia Sanctorum Simonis & Jude Apostolorum.

## Annus Christi 1387.

Urbani VI. Pont. 10. Wenceslai Reg. 10.

Simonis II. Ep. Pad. 8.

*Chron.  
Tremont.  
Crantz.  
lib. 10.  
Saxon. c. 12  
Wittius in  
Chron.  
Cleinorg.  
in Chron.  
Chr. Colon.  
Tremontia  
oblietetur.*

Westphaliæ post hæc pacem, quam ante biennium tanta animorum conspiratione fecerant Episcopi ac proceres, rupit Tremontense bellum, culpam Archiepiscopi, an Tremontensium? incertum habeo. Id certe primum constat Archiepiscopum Colonensem antiquissima possessione sibi in urbem Tremontensem jurisdictionem sacram vendicare; quam deinde urbem, cum dono Caroli IV Imperatoris, & Principum consensu, sibi assertam accepisset; ut supra a nobis relatum est; ceteri deinde Episcopi & Principes bellum hoc ipsi approbare demum visi, quod una conjunctione armorum ad obsidionem convenerint. Accedebat, quod Comes, qui antiquitus a Carolo M. impositus erat, & ad hæc tempora memoratur Conradus fuisse, jam dudum ab ipsa urbe exclusus sine ullo Imperio ageret. Sanè Archiepiscopus magno apparatu, multisque Principum copiis auxiliariibus, obsidionem aggressus; quas submisere Moguntinus, Trevirensis, Bambergensis, Monasteriensis, Paderbornensis Episcopi, Wilhelmus Dux Juliarum, Wilhelmus Dux Montium, Albertus Dux Brabantiarum & Hollandiarum Comes,

Dux Brunsvicensis, Comes Palatinus Rheni, Otto Comes Teclenburgicus, Ritbergensis, Schawenburgicus, Dynasta Steinfordensis, Solmensis, ceterique Westphaliæ proceres. Tanto molimine integro anno & novem mensibus circumfusa Tremontia, interclusis omnibus viis & annonæ; nec tamen expugnari potuit, civibus omnia ad extremam defensionem comparantibus. Nam & miles conductitius inductus, & quotquot per ætatem idonei armis induti, & propugnacula circa urbem extructa, crebrisque eruptionibus hostes fatigati; nam, ut opibus & mercimoniis, ita numero civium animosorum florentissima erat. Archiepiscopus postquam expugnationem secus, quam sperarat, difficiliorem reperit, passus est per vicinarum urbium Oratores ad compositionem deduci; tractatumque in has leges. Jus sacrum Archiepiscopo integrum maneat; cives 14000 florenorum Archiepiscopo pendant pro belli sumptibus: Marcano, qui & jus suum in urbem obtendebat, 16000 aureorum mutuo dentur, non nisi ab hæredibus ejus solvenda: munimenta extra urbem excitata solo æquentur. Vades

*Simon Ep.  
pluribus  
bellis im-  
plicitus  
multa debi-  
ta contra-  
hit.  
Gobelinus  
Littera Pad.*

*Gobelin.  
atq. 6. c. 82  
Brusch. in  
Carol. Ep.  
Paderb.  
Crantz. in  
Metrop.  
lib. 10. c. 22.  
Kerfenbra-  
chius in Ep.  
Pad.*



des horum fuere Sufatum, Hammona, & Unna civitates. His juratis abductus miles ab obsidione. Celebris hæc arctaque obsidio; sed, quæ per id tempus Scriptorum fuit raritas & ignavia, in annis hi multum obscuri sunt; quando alii ad priores annos, alii ad hunc 1387 & sequentem simul obsidionem verisimilius referunt.

Bello hoc fidam operam Archiepiscopo suo præstitit Fridericus Furstenbergicus, Wenemari, ut supra diximus, primi Arensbergenfis Satrapæ filius, ac hæres paternorum honorum, Wenemarus patruus, ac Wilhelmus, bellicosi ea tempestate viri. Quapropter his Furstenbergicis larga præ ceteris ab Archiepiscopo compensatio facta est.

P. Crum-  
bach, ex  
veteris  
litteris  
Monumen-  
ta Paderb.  
in summate  
Eurfteb.

## Annus Christi 1388.

Urbani VI. Pont. II. Wenceslai Reg. II.  
Simonis II. Ep. Pad. 9.

At Simon Episcopus noster, cum pro Mareschalli munere Colonienfis Archiepiscopo hoc Tremonienfis bello fidus adstitisset, multaque in bello Hassico impendisset, haud leve æs alienum contraxit; interque cetera, quæ hæcenus oppignorata diximus, etiam arcem & Oppidum Vorde Bernardo ab Holt-husen, viro militari, ejusque filiis & hæredibus pignori opposuit. Bella interim multa feliciter gessit, multosque hostes captivos habuit; quos tamen liberius, quam cautius dimisit, fallacium deceptus hominum persuasionibus; quos deinde acerbiores hostes, quam amicos habuit; multumque in eo desiderata fuit severitas in delinquentes, auctoritas apud Ministeriales & Vasallos; quibus cum nimium fideret, neglecta primaria nobilitate, ac per eos omnia se conficere posse crederet, apud hos ipsos ex nimia familiaritate in contemptum venit; qui ausi etiam insurgere in ipsum Episcopum, & arma vertere in Dominum suum. Sicuti hæc Gobelinus noster scribit, acer satis Episcopi hujus censor; qui certo in eo fallitur, quod scribat, Simonem Episcopum nostrum publica Principum fœdera sprevisse, quem tamen nos hæcenus omnibus publicis Westphaliæ fœderibus adscriptum comprobavimus.

Postremum igitur & fatale Simoni bellum fuit cum Ministerialibus & Vassallis. Horum Dux, receptorque ceterorum prædonum, Herboldus nobilis, arcis Brobeckianæ Dominus. Sita erat hæc arx in valle intra montes Ducatus Westphaliæ, haud procul a Brulio Oppido; ad hanc captivi homines, pecora, & prædæ tanquam in securum spoliarium rapiabantur. Id quam indigne tulit Simon Episcopus, tam con-

citis copiis obsidione incinxit, machinisque admodum oppugnare aggressus est. At dum ipse pugnantibus se miscet, propiusque succedit ad arcem, telo rebellium manu ex arce emisso, trajectoque per inguina, lethale vulnus accipit; quo deinde post mensem, sub initium sequentis anni, die videlicet xxv Januarii, extinctus est. Quod tempus mortis etiam in necrologio Gerdenfi & Wilbacensi consignatur. Corpus in Basilica honorifico ad ceteros Episcopos tumulo illatum est. Spatium hoc temporis, quo decubuit ex vulnere, magnum illi simul beneficium fuit, componendi se ad feliciorum, quam ipsa vita in Episcopatu fuerat, e vita exitum; siquidem vera sunt, quæ Gobelinus, non satis illi, ut apparet, æquus scriptor, tradit: quod raro, postquam sacerdos & Episcopus consecratus fuit, sacris operatus sit, Episcopi functione sacra in vicarium Episcopum rejecta. Præful præterea, inquit Gobelinus, inconstantis animi. Verum si res bellis ab eo gestæ expendantur, fatacris, & militaris ingenii, ut tum ætas illa poscebat, & plerique per Saxoniam præstantes Episcopi commendantur. Unum interim immitioris ingenii factum reprehenditur in Simone, quod Ludovicum de Büren sacerdotem cryptæ primarii templi in vincula traxerit, abductumque in castrum Driburgense terro carcere incluserit, in quo fame & pudore confectus sit, haud aliam ob culpam, uti Gobelinus narrat, quam quod vacantem in urbe Paderbornensi Ecclesiam Rurensem, quæ simul Virginum Cœnobio conjuncta est a Sede Apostolica invito Episcopo impetravit. Simile prorsus fecit Willebrandus Mindensis Episcopus. Sicuti id ex factis eorum memorabimus, Crudi ex ferrea ætate

Simon Ep.  
in oppu-  
gnatione  
arcis Bro-  
beckianæ te-  
lo confos-  
sus occum-  
bit. Quæ vitio  
data Simo-  
ni Episc.  
Pad.

Simon Ep.  
pluribus  
bellis im-  
plicatus  
multa debi-  
ta contra-  
hit. Gobelinus  
Littera Pad.

Gobelin.  
ant. 6. c. 82  
Brusch. in  
Casal. Ep.  
Paderb.  
Crantz. in  
Mappop.  
lib. 10. c. 22.  
Kerfembro-  
chius in Ep.  
Pad.



Episcopi: si quidem vera referant scriptores. Quamquam non sine causa indignè tulerint Episcopi & Clerus, tot Sacerdotia Romæ tam facile impetrari, & contra patria jura conferri immeritis.

Joannes Comes Sternebergius in prælio Lunenburg. & Brunswicensium occumbit, quocum familia Sternebergica extincta est.

Per id tempus, quo Simon Episcopus noster, Comes Sternebergius, excessit e vita, ante Simonem nostrum occubuit quoque Joannes Comes Sternebergius in prælio ad Winsam Oppidum, postremus ejus familiae Comes; sed ante Simonem Episcopum nostrum, quando id prælium fuit inter Lunenburgenses & Brunswicenses anno hoc 1388 festo corporis Christi confertum. Belli hujus flamma ambitio. Quippe Wenceslao Lunenburgensi extincto, Albertus Wenceslai patruus eum sibi Principatum vendicabat. Huic ut aditum præcluderent, conspiravere Henricus, Fridericus, ac Bernardus Magni Ducis Brunswicensis, filii, bellumque intulere. Contra Alberti partes suscipere cives Lunenburgenses, Otto Episcopus Mindensis, Otto Comes Schawenburgicus, Ericus & Joannes Comites de Hoja, Gerhardus Comes Brunchorstianus, & Joannes Comes Sternebergius. Belli causa etsi æquior penes Lunenburgenses fuerit, victi tamen a Brunswicentibus; interque cæcos numerati Brunchorstianus & Sternebergius Comites, quibus cum utraque familia stirps extincta est. Cessitque Brunchorstianus Comitatus Hojanis, Sternebergius vero ex pacto jam ante inito Adolpho Comiti Scawenburgico. Quamquam anno post 1396 Wilhelmus Dux Montium, idemque Comes Ravensbergensis, litem moverit Schawenburgico, castrumque Sternebergicum in pervigilio Pentecostes interceperit, & per annum infederit, donec Schawenburgicus mille ducenis florenis castrum redimeret. Auctor est Meibomius, Waldecenses, Swalenbergenses, & Sternebergios Comites ejusdem veteris familiae fuisse propagines, quibus idem gentilitium insigne stella colore tantum diversa, quæ nigra a Waldecensibus, fulva a Swalenbergensibus, rubra a Sternebergiis sumpta est. Antiquissima horum Comitum familia Swalenbergenses, deducta a Widekindo Comite Swalenbergensi, quem a Carolo M. advocatum Ecclesie Paderbornensis constitutum voluit. Ceteris familiis

extinctis, superest Waldecensis. Nam Swalenbergicus Comitatus, ut diximus, divisus est inter Episcopum, & Comites Lippienses: Sternebergensis cessit Comiti Schawenburgico. Sed non aliter simul quam clientelari beneficio; antiquissimum enim Episcopi & Paderbornensis Ecclesie feudum est, eoque post Sternebergicos Comites a Schawenburgensibus semper recognitum obtentumque fuit: uti tot tabularii nostri literis, cum primis anno 1400, 1405, & 1518 datis, commonstratur. Extincta demum Schawenburgicorum familia, Comitatus ad Ecclesiam Paderbornensem recidit. Hunc quia Comites Lippienses non nisi pignoris titulo occuparunt (quo jure aut vi, disceptent alii) reperiere Comitatum Paderbornenses, lite ad hunc diem contestata hærenteque; neque Lippiensibus unquam clientelari beneficio ab Episcopis nostris impetrare licuit. Quam in rem Episcopi Paderbornenses etiam stellam, quæ insigne fuit Comitum Sterneburgicorum, inter Ecclesie suæ insignia prætulerunt. Sed de his ubi ad extinctam Schawenburgicorum familiam perventum fuerit.

Nunc res alia majoris momenti prætermittenda non est. Impetravit enim hoc anno Senatus populusque Colonienfis ab Urbano Pontifice universitatem omnium facultatum & scientiarum, ad eum modum, quo Parisiis florebat universitas omnium studiorum. Ob id a Pontifice iisdem etiam privilegiis Agrippinenses decorati sunt. Recitat id diploma Pontificis Gelenius, quod & Collegio Cathedrali cleroque a Magistratu oblatum est. Magno id non modo Colonienfium, sed totius VVestphaliæ bono factum est; ad id enim Athenæum ex vicinis VVestphaliæ provinciis & Gymnasis deinceps confluxere incredibili numero studiosi adolescentes, posteaquam increbuit, quatuor facultatum studia, Theologiæ, juris prudentiæ, Medicinæ & Philosophiæ, ceterarumque artium aliunde evocatis professoribus aperte florere. Qua in re haud leviter etiam divina providentia suspicienda. Enim vero cum studia literarum passim in Collegiis Cathedralibus, penes quæ publica hætenus scholæ fuere, oblanguecerent, Clero vel ad otium, vel ad luxum, vel

Universitas Colonienfis instituitur.

Gelen. in sacrar. syntag. 2.

ad



ad infcitiam inter bella prolapsa, Deus injecit mentem Regibus & Principibus erigendi condendique publicas studiorum univesitates; qualem jam Pragæ Carolus IV Imperator, Viennæ Albertus Dux Austria, Heidelbergæ Rupertus Palatinus instituerat. Quo infcitia malo cum Ecclesia in his regionibus laboraret, ut nec in Clero essent viri, qui Parochias digne administrarent, populumque docerent: Nec e Cœnobiiis Monachorum suppetere idonei homines; accessere per id tempus Gerhardus M. & Florentinus presbyteri, a quibus Daventriæ ad Islam

celeberrimum omnium liberalium artium Gymnasium, & juventutis pietatisque seminarium institutum est, magno totius Frisiæ, Westphaliæ, & Saxonie fructu. Nec enim aliunde magis omnis illa tumultuarii belli savitia, & prædonum multitudo, & vitæ licentia irreperat, quam ex ignorantia Pastorum, eorumque hominum, per quos populus in religione & pietate formandus erat; eaque sæculi hujus species erat, & morum prolapsio, ut populus ad primam barbariem rediturus crederetur. Sed hæc hæresis, quæ post secuta, præludia fuerat.

Annus Christi 1389

Episcopi VI Pont. 12. Wenceslai Reg. 12.  
Roberti Ep. 1.

*[Faint, mirrored text from the reverse side of the page, including the name ROBER-]*



Universitas  
Colonien-  
sis institui-  
tur.

Gelen. in  
sacrar.  
synag. 2.

92

ROBER-



ROBERTUS  
JULIÆ, & MONTIUM DUX  
X X X I I.  
EPISCOPUS PADERBORN.

Annus Christi 1389.

Urbani VI. Pont. 12. Wenceslai Reg. 12.

Roberti Ep. Pad. 1.

*Hundius in  
Metrop.  
Salisburg.  
Gobelinus  
arat. 6.  
Crantzius  
Tischmach  
p. 2. p. 440  
Robertus  
Dux Mon-  
tenis postu-  
latur Ep.  
Pad. ejus  
gentis &  
dotes.*

Defuncto Simone Episcopo, haud parum solliciti fuere Cathedralis Ecclesiæ Canonici, quem ea tumultuantis sæculi tempestate successorem eligerent, cujus patrocinio, familiæque potentia, adversus tot prædonum, vicinorumque Comitum insolentiam Ecclesiam defenderent; hunc vero cum in suo primario Clero non reperirent, postulavere Robertum Ducem Montium, & Colonienfis Ecclesiæ Canonicum, ætate quidem juvenem, sed qui jam fama virtutum, & maturitate judicii, senum prudentiam occuparat, Princeps nimirum, ut Gobelinus, & ex eo Crantzius scribit, *ingeniosus, discretus, justus, magnanimus, Deum timens, in pauperes liberalis, acer in agendo, atque omni virtutum commendatione celebris.* His accedebat natalium splendor; genitus enim erat Robertus VVilhelmo Juliacensi & Montium Duce, Comiteque Ravensbergenfi; quem Comitatum dicecesi Paderbornensi inhaerentem Margaretha Ottonis Ravensbergenfis filia, Gerhar-do Juliacensi denupta, in dotem attulerat, unaque Montium ducatum, Margarethæ Montanæ matris hæreditatem, Juliæ conjunxerat. Mater Roberti Anna Palatina, Roberti Palatini Ducis Bavarie, ac post etiam Romanorum Regis soror. Fratres habuit Adolphum Montium Ducem, patris hæredem, VVilhelmum primum Paderbornensis, deinde Colonienfis Ecclesiæ Episcopum.

His natalium & virtutum ornamentis conspicuus, post obitum Joannis anti-stitis, anno 1387 4 Februarii defuncti, Passavienfis Episcopus majori suffragantium numero a Canonicis eligitur: altera vero Canonicorum parte, quæ minor erat, diligente Gregorium Hohenloensem Comitem. Quantumque Robertus Palatinus pro Roberto nepote suo, tantum Albertus Austriae Dux laborabat pro Wohenloensi apud Urbanum Pontificem. Et Urbanus Pontifex licet collatis ex Cardinalium cœtu consiliis pro sua auctoritate alium imponere Passavienti Ecclesiæ Episcopum decreverat; postquam tamen de Roberti electione, ejusque virtutum ornamentis certior factus esset, Robertum Passavienfis Ecclesiæ Episcopum approbavit. Qua super re extant apud nos Urbani Pontificis binæ literæ, ad Canonicos & Clerum Passaviensem datæ V Calend. Maji Pontificatus anno decimo.

*Delectus  
prius Epi-  
scopus Pas-  
savienfis,  
approban-  
te Urbano  
Pontifice.*

*Urbanus Episcopus Servus ser-  
vorum Dei, dilectis filiis, Clero civitatis  
& diœcesis Pataviensis salutem, & Apo-  
stolicam benedictionem. Romani Ponti-  
ficis, quem Pastor ille celestis & Epi-  
scopus animarum, potestate plenitudine  
sibi tradita, Ecclesiis prætulit, univer-  
sis plena vigiliis sollicitudo requirit, ut  
circa cujuslibet statum Ecclesiæ sic vigi-  
lanter excogitet, sicque prospiciat dili-  
genter, quod per ejus providentiam cir-*

*Ex lib. di-  
plom. Pad.  
a Ferrad. Ep.  
colle Heron.*

*cum-*



cum spectat Ecclesiis singulis pastor accedat idoneus, & Rector providus deputetur, per quem Ecclesiæ ipse, superni favoris auxilio suffragante, votivæ prosperitatis successibus gratulentur. Dum siquidem bonæ memoriæ Joanne Episcopo Patavien. regimini Patavien. Ecclesiæ præsidente, nos cupientes eidem Ecclesiæ, cum vacare contingeret, per Apostolicæ sedis providentiam utilem & idoneam præsidere personam, provisionem ejusdem Ecclesiæ ordinationi & dispositioni nostræ duximus ea vice specialiter reservandam, decernentes ex tunc irritum & inane si secus super his per quoscunque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Postmodum vero prædicta Ecclesiæ per ipsius Joannis Episcopi obitum, qui extra Romanam curiam diem clausit extremum, vacante, nos vacatione hujusmodi fide dignis relatibus intellecta, ad provisionem ipsius Ecclesiæ celerem & felicem, de qua nullus præter nos ea vice se intronittere potuerat neque poterat, reservatione & decreto obfistentibus supradictis, ne Ecclesiæ ipsa longæ vacationis exponeretur incommodis, paternis & sollicitis studiis intendentes, post deliberationem, quam de præficiendo eidem Ecclesiæ personam utilem & etiam fructuosam cum fratribus nostris habuimus diligentem. Denum ad electum filium Robertum de Monte electum Pataviensem, tum Canonicum Coloniensem, Notarium nostrum, clericali dumtaxat caractere insignitum, cui de literarum scientia, vitæ munditia, honestate morum spiritualium providentia, & temporalium circumspeditione, aliisque multiplicium virtutum donis apud nos fide digna testimonia perhibentur, direximus oculos nostræ mentis. Quibus omnibus debita meditatione pensatis de persona ipsius Roberti nobis & ejusdem fratribus ob dictorum suorum exigentiam meritorum accepta, præfata Ecclesiæ de eorundem fratrum consilio auctoritate Apostolica providimus, ipsumque Robertum illi præfecimus in Episcopum & Pastorem, curam & administrationem ipsius Ecclesiæ sibi in spiritualibus & temporalibus plenarie committendo, in illo, qui dat gratias & largitur præmia confidentes, quod dextera Domini sibi assistente propitia præfata Patavien. Ecclesiæ sub ipsius Roberti electi felici regimine prospere, & salu-

briter dirigetur ac grata in eisdem spiritualibus, & temporalibus suscipiet incrementa. Quocirca discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus eundem electum tanquam Patrem & pastorem animarum vestrarum grato admittentes honore, ac exhibentes sibi obedientiam & reverentiam debitam & devotam, ejus salubribus monitis & mandatis intendentes, humiliter & efficaciter adimplere curetis. Alioquin sententiam, quam idem electus intulerit in rebelles, ratam habebimus, & faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum Luca V. Calend. Maji Anno Mccclxxxvii; Pontificatus nostri anno decimo.

Urbanus Pro P. de Wjerob.  
PP. VI. P. de Ingelbeim.

At quod adversa Canonicorum factio ac Duces Austria pro Hohenloenfi Comite pertinaciter decertarent, & persequentem etiam annum schisma ejus Patavientis Ecclesiæ aleretur, Roberto ad Ecclesiam Passavientem aditus non fuit. Moritur post hæc sub initium anni 1389, ut diximus, Simon Episcopus Paderbornensis; a cujus obitu Canonici statim una suffragiorum consensione postulavere Robertum Ducem Montium. Et ille, quod Passavientem Ecclesiam sibi adhuc æmuli potentia obstructam videret, tanto pronius admisit Paderbornensem, nec id ingratum Urbano Pontifici, ad schisma Passavientis Ecclesiæ componendum. Quanquam hoc ipso anno Urbanus quoque Pontifex III. Idus Octobr. abierit e vita, subrogato Bonifacio IX Pontifice; deinde xi Cal. Novembr. scripsit ad Robertum, hortatusque est ut a petenda Passavienti Ecclesia desistat, ultroque illi confirmationem Paderbornensis Ecclesiæ detulit.

Moritur Urbanus Pont. succedit Bonifacius IX.

Verum dum Robertus hoc anno inter utriusque Ecclesiæ electionem fluctuat, trahitur longius ingressus in Paderbornensem Ecclesiam. Conspiravere per hanc Episcopis viri nobiles ac vasalli, qui jam, Simone Episcopo, ceptaverant turbas; seseque in unum prædatorium agmen contrahentes, spoliis & incendiis miserum in modum vastavere dicecesin. Horum inceptor ductorque Fridericus Paderbornensis ex veteri Paderbornorum familia, qui confisus

Gobelin. Litera Pad. Fridericus Paderburgius Ecclesiam & Dioecesim Paderb. infestat.

Delectus prius Episcopus Passavientis, approbante Urbano Pontifice.

Ex lib. diplom. Pad. a Ferdin. & collatorum.



fifus castris sui munimento novum in eo praedonum receptaculum aperit. Homo ferocis ingenii, flagitiosaeque vitae in homines injurius, contumeliosus in Divos solitusque sacrilego dicto jactare, frustra a Canonicis reponi patrocini-um in D. Liborio, cui virilia jam dudum exacta essent & manus ad opitulandum languida. Praesules & Canonici ut per interregnum hisce infestis praedonum incursionibus dicecesin liberarent, provincialem militiam convocant, ductoribus Bertholdo de Nathefungen, Ludolpho & Hermanno de Herse, viris e nobilitate praestantibus, quibus Gerhardus, vir rei militaris peritus, praeficitur; idemque Ecclesiae defensor est delectus. Et hi postquam temere cum hostibus congregarentur omnes fere praeter Nathefungen, qui equo clatus, aut caesi, aut capti in potestatem Pad-

bergii venerunt. Qua clade consternati Canonici, veriti ne tota dicecesis cederet in praedam ipsum Patbergium provincialis militiae praefectum, tutoremque dicecesis creant: ad haec castrum Dringenbergam pro lytro captivorum tradunt in pignus. Ita hostem, quem armis domare non poterant, beneficio placavere.

Pari insolentia divexabat Warburgenses Falkenbergius, nunc praedas agendo, nunc ante portas insultando; ac cives dum audacius quam cautius armati prorumpunt, pridie D. Laurentii magna clade pars caesi, pars capti, & in compedes abrepti; praeterque spolia armorum & equorum lytrum 7000 florenorum expressum. Tam tumultuarie omnia per interregnum agebantur.

## Annus Christi 1390.

Bonifacii IX. Pont. 1. Wenceslai Reg. 13.

Roberti Ep. Pad. 2.

Gobelin.  
as. ar. 6. c.  
83.  
Robertus  
Dicecesis  
administrat-  
ionem adit

Annus dehinc Christi nascentis millesimus, trecentesimus, nonagesimus subit, multo serenior Paderbornensi Ecclesiae quam prior fuerat. Quippe tandem Robertus, remisso jure electionis in Passaviensem Ecclesiam, secundum Bonifacii Pontificis voluntatem Paderbornensem acceptavit. Igitur paratis omnibus ad inaugurationem, magno consanguineorum Ducum & procerum comitatu Paderbornensem dicecesin ingreditur; magnificeque ab Ordinibus exceptus, magna omnium gratulatione VIII. Idus Aprilis in urbem introducit. Ac postquam omnia, accepto fidei Sacramento, magna ordinum concordia fuere peracta; ipse pro more, feria quarta post Pascha, Warburgensibus, Brakulensibus, ceterisque urbibus atque oppidis privilegia instaurat. Mox animum adjecit ad controversias, quae exortae fuerant, componendas, etiam in minuta intentus. Omnia judicio supra aetatem maturo, imberbis adhuc, ut Gobelinus inquit, sapientissime composuit, omnium simul animos & amorem occupando.

Chron.  
Monast.  
Cleinforz.  
in Chron.

Discussa Paderbornensium procella per adventum Roberti Episcopi, alia oboritur per Westphalam, inter Hen-

ricum Wolfium Monasteriensem Episcopum, & Engelbertum Marcanum Comitem. Nec enim desisteat inquietus Comes repetitis incursionibus vexare Monasterienses; cum Henricus Episcopus haecenus aut multum dissimulasset, aut levius restitisset, tandem horum impatiens foedus cum Friderico Colonienfi, & Theodorico Osnabrugensi Episcopo Sufati renovat; quorum copiis adjutus Marchiam ingreditur, ferro igneque villas & pagos impune vastando. Quibus exacerbatus Marcanus contractis ingentibus copiis, se in dicecesin Monasteriensem praedabundus effundit, in conspectum etiam urbis Monasteriensis progressus. Nec segnior Henricus Episcopus, extemplo omnes dicecesis Satrapas, Vasallos, & stipendiarios milites adesse jubet; quibus postquam Osnabrugenses accessere, armatus cum exercitu procedit ex urbe Monasteriensi Marcano obviam. Quo cognito, Marcanus pedem retrahit, nunciis significando se recessisse, ne in fuga suos occuparet Episcopus. Bello huic tandem arbiter intervenit Colonienfis Archiepiscopus, ut tum post subita bella pacis foedera citius, quam ex nubilo caelo serenitas conspiciebantur.

Bellum Episcopi Monasteriensi, cum Engelberto Comite Marcano.

Conradus suffraganeus Roberti Episcopi Dicecesis Paderbornensis luitrat.

Et reliquias in Monte Martini examinat.

Sed



Liber Sta-  
morum  
Colonienf.  
Archiep.  
Colon. de  
pravatos  
Cleri & Re-  
ligioforum  
mores cor-  
rigit.

Sed longe utilius Ecclesiæ opus Fridericus Colonienfis Archiepiscopus hoc anno aggressus in Cleri moribus, qui per id tempus corruptissimi erant, emendandis. Perlustrata enim dicecesi, reperit in Collegiis Canonicorum, aliisque Ecclesiis, in quibus hætenus quadraginta sacerdotes ac Clerici deservierant altari, quinque apparere in choro; ceteris aut otio, aut vanis studiis vacare: atque ubi hætenus duodecim aut sedecim sacrificia Missæ quotidie peragi solita, vix unum celebrari; alios interim, dum campanæ signum daretur, ad distributionem stipendii quotidiani subito convolare ad templum, eaque accepta mox sese subducere, aut cum Decano suo ad Capitularem domum recedere, in qua sub divinis non nisi profana, rixæ, & conspirationes tractarentur. Habitu deinde Clericorum abjecto, alia gestare indumenta, alios rubri, alios alterius coloris; sapi-

us in spectaculis, convivis, & choreis spectari quam in choro; nullum ex vestitu & moribus discrimen a Laico homine conspici. Quibus vanitatis vitii non modo Clerici, sed & Monachi, ceterique religiosi obnoxii erant. Hæc & similia convocata synodo severis legibus & pœnis castiganda suscepit Archiepiscopus. Depravatus cleri passim per Saxoniam & Germaniam status erat; dum Casar Imperii lustrandi curam abjiceret: dum bellis tumultuariis, & nobilium spoliis omnia miscerentur, & in Episcopis magis quærentur Principes, qui arma ad defensionem dicecesis conservationemque sacrorum bonorum, quam ipsa sacra & disciplinam Cleri tractarent. Donec primum hæresi Hussitarum in Bohemiam, deinde Lutheri in Germaniam ingressa, utrumque tanta religionis jactura amitteretur.

## Annus Christi 1391.

Bonifacii IX Pont. 2. Wenceslai Reg. 14.  
Roberti Ep. Pad. 3.

Post illa Robertus Episcopus noster, sicut ex clero Colonienfi ad hanc Ecclesiam translatus accesserat; ita exemplo Friderici Colonienfis Archiepiscopi cleri populique disciplinam per dicecesin suam reparandam sumpsit. Quod ille Pontificale munus, cum nec sacerdos, nec Episcopus adhuc dum consecratus esset, Conrado Albicastro suffraganeo suo Episcopo commisit; justitque totam dicecesin perlustrare, atque ad se de statu singularum Parochiarum, Collegiorum, & Cœnobiorum referri. Is inter cetera dicecesis nostræ loca inspecta hoc anno etiam Montem Martis adiit, interque alia inspectionis munia Divorum reliquias, quæ istic a Carolo M. ejus Ecclesiæ conditore collectæ honorabantur, examinavit, probavitque. Cujus rei id testimonium reperimus. *Nos Conradus Dei gratia Episcopus Ecclesiæ Albicastroensis, ac venerabilis in Christo Patris Domini Domini Roberti electi Ecclesiæ Paderbornensis in Pontificalibus Vicarius generalis, protestamur in his scriptis sub propria manu, quod nos anno Domini Mcccxc. ad rogatum & piam instantiam religionum virorum, D. Conradi provisoris Monasterii Montis Martis, ac Domini*

*Joannis Cesar custodis Ecclesiæ & Monasterii ejusdem reliquias examinavimus, & præter caput unius sancti supra Lxxxvii reliquiarum partes reperimus, quas & cum digna devotione reposuimus.*

Primus hic Vicarius Episcopus inter montimenta nostra reperitur, ex quo Henricus Spegelius Episcopus, ut Gobelinus scribit, ejusmodi Vicarios Episcopos, & post eum Simon Episcopus, Roberti antecessor, introduxit; quod hi primi, qui Pontificalia munia intermiscere. Quanquam jam passim per Germaniam ante hæc tempora ejusmodi Vicarii Episcopi in amplissimarum dicecesium administratione recepti fuerint; ut in erudito scripto de Colonienfibus suffraganeis commonstrat Heisterus ex Gelenii monumentis. Observatumque a multis, ex quo Episcopi hæc munia divisere, magnam simul felicitatis partem amisisse; & verendum, ne & cælum quoque dividant cum Vicariis Episcopis, postquam jurisdictione sacra & Principis nomine contenti, divinissimum hoc ordinis munus rejecere in alios, ex quo proprie Episcopi dignitatem & fontem omnium horum consecuti sunt.

Cu-

Bellum Episcopi Marci, cum Engelbergo Comite Marcano.

Conradus suffraganeus Roberti Ep. Dicecesin Pad. lustrat.

Et reliquias in Monte Martis examinavit.



Cura sacrorum in Vicarium Episcopum translata, Robertus antistes eo impensius suscepit administrationem civilium ex Principis munere; interque domestica hoc anno primum partem castrum Burani & bonorum ejus dynastiae, quam ab Henrico Spegelio Episcopo primum emptam, deinde ipsis Dynastis Buranis oppignoratam diximus, rursus commutatis, quae prius contracta erant, 500 marcis, urgente Collegio Cathedrali, pignori opposuit Wolmaro de Brencken ex veteri Brenekiorum familia, viro nobili. Qua super re tabulae servantur apud nos, Dominica tertia post Pascha data. Nec multo post, seu quod possessionibus Buranis inhiarent, seu quod potentem illam in medicullio dicecesis familiam suppressam vellent, in duriores condiciones adstringere; quod his literis profitentur Dynastae.

Pars Castrum  
Burani oppignoratur  
Wolmaro  
de Brencken.

Nos Bertoldus nobilis de Buren, Bertoldus suus filius, Henricus & Wilhelmus ipsius fratres, & Hermannus suus cognatus, pro nobis & omnibus nostris veris haeredibus fatemur publice in hisce literis, quod, de consilio amicorum nostrorum, cum Reverendo in Christo Patre nostro Domino Dno Roberto, electo Episcopo Paderbornensi, & suo Capitulo ibidem tractavimus & convenimus juxta tenorem praescriptum.

Primo quod pro nobis & nostris successoribus renunciaverimus, & in his literis renunciamus omnibus literis & praetensionibus, quarum vigore nos & nostri haeredes ipsos, vel Episcopatum Paderbornensem convenire possimus, quae omnes cassatae & annullatae esse debent.

Et nos praenominatis nostris Dominis nominatim illorum partem Episcopatus in arcibus & Dominio de Buren, qui est media pars, cujus administratio sub nomine Satrapiae nobis cum appertinentiis demandata erat, solutam ac liberam a commissione illa, ad ipsorum dispositionem restituvimus cum literis desuper confectis. Et nos, vel nostri haeredes, aut nullus nostro nomine debet ipsos, vel illorum Episcopatum, vel eorum officarios ibidem in parte illorum praememorata ullo modo impedire vel angustiare ratione literarum vel praetensionum praedictarum, & praedicti nostri

Domini pro parte debemus simul in Buren in pace Castrensi & custodia firmiter stare.

Etiams est conventum, literas istas, quas praememorati Domini super haereditaria emptione nostrae partis Domini Buren habent, in omni suo vigore absque laesione manere debere. Omnia ista puncta & omnes articulos ac singulos, in quantum nos concernunt conjunctim, bona fide promissimus, & promittimus in hisce literis praememoratis nostro Domino suisque successoribus ac Capitulo solide ac firmiter & inviolabiliter servare, omni dolo excepto & secluso. In cujus testimonium & firmamentum nos pro nobis & nostris Successoribus nostra sigilla hisce literis appendimus. Datum anno Domini millesimo, trecentesimo, nonagesimo primo, Feria sexta infra octavam Pentecostes.

Ac Robertus Episcopus; ut meditati belli nervum compararet, non modo Burana bona, sed & villas duas in majori Ederen, aliaque praedia oppignoravit, ad Conradum Spigelium aliosque captivos redimendos, qui Paderbergeni ex superiori bello obligati haerebant in custodia; nihilque sollicitius habuit, quam ut perfoluta pecunia castrum Dringenberg ex manibus Friderici Paderbergeni redimeret, ipsumque Fridericum opprimeret. Nam ut Gobelinus noster perhibet, potens adhuc nobilium & praedonum factio erat, quae se Bengeleros ab argenteis fustibus adpectus suspensis appellabat. In hanc se dederant Wolfius, Schartebergius, Hinderhufius, Spegelius, Falckenbergius, alique e prima nobilitate viri. Horum Dux Fridericus Paderbergius non per dicecesin modo Paderbornensem, sed & per Hassiam praedabundus grafsabatur; nec modo Roberto Episcopo insidias trueret, sed & apertum bellum indicere ausus. Quam hominum insolentiam cum Robertus Episcopus, juventute ipsa & claritudine generis animosus, non ferret, arma statim altero Episcopatus anno induit, castrumque Vortenberg, quod factiosi praesidio minus firmatum noctu interceperant, militeque suo infederant, obsidione incingit. Interim Paderbergenis liberanda obsidionis impar, spoliis ferroque grassari per dicecesin, villas pagosque de-

Petrus  
in Ger.  
Tschernach  
Athal.  
Civis.  
Archimundus  
Civis, g.  
in Chron.  
breviter.  
lib. 18.  
Ann. Trev.  
Adolphus  
Dux, vivit  
captivus a  
Coloniensi  
bus abductus,  
unde

Factio Bengeleros,  
contra  
quos arma  
sumit Robertus Ep.  
& subjungit  
Dilichius  
in Chron.

Robertus  
Ep. Pader-  
bergis ceterosque  
res belles ad  
obsequium  
reducit.  
Monasterium  
in Canobii  
Bredelar.  
Fongelinus  
de Abbatibus  
Westph.  
Gobelinus







tro multavit, certisque legibus præscriptis liberos dimisit; qui tamen nunquam adduci potuerunt, ut cum ceteris dicecesis nobilibus juramentum fidei Roberto dicerent. Hac victoria incensus Robertus arma vertit in reliquos Bengeleros; quos festo Marci & Marcelliani Martyrum in aperto campo consecutus pari felicitate oberivit; pars cæsi, pars capti Paderbornam abducuntur. Sicuti hæc ex vetustis monumentis Cænobii Bredelariensis, etiam notarii publici manu consignatis, accepimus, relataque sunt a Jongelino in historia Ordinis Cisterciensium. Tanto vero numinis beneficio Robertus hanc victoriam accepit, ut quotannis festa memoria celebrem esse voluerit. Perculsi hac Roberti fortitudine prædonum focii supplices veniam & reconciliationem petiere; quos inter Herboldus de Brobeke, ad cujus arcis expugnationem Simon Episcopus occubuerat, depensa ingenti pecuniæ summa in gratiam receptus est. Conradus Spegelius ægre admissus, dubiam reconciliationem obtinuit, jussusque magis erga se fidem suam probare.

Archiep.  
Colonienfis  
reconcilia-  
tur cum  
Clivis &  
Marcanis.

Inter hæc Fridericus Colonienfis Archiepiscopus indicto postridie Calend. Maji conventu procerum, reconciliatur cum Clivis & Marcanis; interque pacis conditiones primum Adolphus Dux Cliviæ liber e captivitate renunciatur: in vicem Oppidum Linnenfæ ac territorium Archiepiscopo ceditur. Pacem hanc, quæ aliis præterea legibus sancita est, juramento firmavere Satrapæ Marcani, Eberhardus Wickede Wetterensis, Wernerus Duckerus Luinschedensis, Aschebrochius Hordenfis, Satrapæ. Comprehenfa quoque hac pace urbs Lipstadiensis, jussa tam Archiepiscopo, quam Adolpho Cliviæ Duci, Marcanoque Comiti fidem jurare; ea tamen lege, si Lippiensis Comes Simon, ejusque hæredes hypothecam redimant, qua urbs Marcano obligata juramento solvatur.

Bello aggre-  
ditur Colo-  
nienfis.

Bello hoc liber Archiepiscopus arma convertit in urbem Coloniensem, seu quod superiori anno Marcano Clivisque studuisset, seu quod pacta juraque Archiepiscopi violasset. Quæ cum in se parari urbs sensit, arma prævertit; civesque uno furoris impetu per Rhenum effusi, Tutium irrum-

punt; Oppidoque incenso, celebre D. Heriberti Monasterium in munimentum adversus Archiepiscopum convertunt. Inde alternis velitationibus, castrorumque vicinorum præstructionibus & cladibus res agitur, dum sequenti mox anno studio Marcani Comitis certis conditionibus pacis in concordiam ventum. Jam passim Episcoporum metropoles urbesque in eam potentiam assurrexerant, ut consultius fuerit earum benevolentiam captare, quam armis laceßere.

Trithem.  
in Chron.  
Spanhem.

Exemit hic annus v Idus Aprilis e mortalium numero Henricum Wolfium Monasteriensem eximium Episcopum, morbo in ipsa urbe confectum, Præfulem, qui magnas naturæ dotes virtutibus & rebus præclare gestis exæquavit; præterque ea; quæ paucis supra inspersimus cum Episcopo Osnabrugensi Lingam obsedit, & Teclenburgicum Comitem ad pacem petendam adegit; hujus quoque Comitis oppidum Bevergernam, arcemque inter paludes munitissimam expugnavit, ac solo æquavit. Ejusmodi ille multa hostium castra evertit; multa contra in dicecesi erexit, frena vicinorum Comitum, bellis semper victor: Comitem Benthemium, Teclenburgicum, Diepholdium, Marcantum omni armorum congressu oppressit, tenuitque vetusto clautro inclusos, prædones factiososque nobiles nullibi consistere passus, Ausi aliquando Novicæstrenses nobiles conspiratione armorum cum Ludolpho Ahufano Dynasta Dulmaniam noctu interciperet & spoliare; quos ille bonis & imminutis privilegiis ita multavit, ceteros ut in officio contineret. Quoties Embslandiam armatus ingressus, nemo Frisonum se commovere ausus. Interceperant Smisingi & Korfi Nobiles peregre venientes, militaturosque in Prussia adversus barbaros, eosque in Harcottanum castrum suum captivos abduxerant. Ad quam ille injuriam indignatus, castrum obsedit, captivisque liberatis, pœnam vertit in nobiles. Erat & Saxo nobilis Joannes a Salderen in sua dicecesi prædonum cohorte captus, abductusque in arcem quandam; eo audito, Episcopus armatus advolvit, Saxonemque non modo liberavit, sed & equo donatum deduci jussit in viam; quo factio mirifice omni-

Henrici  
Wolfii Ep.  
Monast.  
mors & re-  
liqua gesta,  
Chr. Monast.  
Kerjens,  
in Epist.

Et succedit  
Otto Ho-  
janus Co-  
mes.

Qui a præ-  
donibus in  
via spolia-  
tur.

Tischmach  
p. 2. pag.  
251.  
Gerhardus  
ad Horne,  
Societas S.  
Rosarii, cui  
adscribuntur  
plures  
primarii e  
Westphalia  
Nobiles.



um animos sibi devinxit. Præful, ut facti eorum scribunt, in jure dicendo æquissimus, in causis cognoscendis acerrimus, in prædonibus & factiosis puniendis severissimus. Cæterum vir lynxeris, mitis, pius, carus summis infimisque, &, quod commendant, egregius B. Virginis cultor; quare & corpus suum in facello B. Virginis, quod Basilicæ adstruxerat, & in quod vivus effigiem Virginis solemniter Cleri populi que supplicatione intulerat, humari voluit.

Henrico Wolfio tertio post obitum die una omnium Canonicorum suffragatione subrogatus Otto Hojanus Comes. Monasteriensis Ecclesiæ Præpositus, ac quartus eo nomine Episcopus, prorsus excelsi animi Princeps, quem Hæctorem Westphaliæ dixeris, quales plerique Monasteriensis Episcopi. Initia Episcopatus dura & adversa aliquantulum habuit; is tamen ut se pacis magis, quam belli amantem, ostenderet, missis ad Adolphum Cliviæ Marchiæque Comitem Legatis, congressum ad Luppiam in Lunæ Oppido petiit, in quo die octava post Pascha de firmanda pace pertractarent. Eo dum festinat, pernoctatque in vicino Ordinis Præmonstratensium Cappenbergensi Cœnobio, obruitur noctu a Marcanis prædonibus. Comitum alii cæsi, alii capti, omnes equi & tota antistitis suppellex in spoliis raptæ; ipse licet multum quaesitus, singulari numinis beneficio per tenebras cum uno alterove famulo effugit, pervenitque pedes in Bosterium castrum suum. Ea tunc nobilium prædonum

licentia erat. Nec Canonici Cappenbergenses ejus loci religiosi nobiles extra conspirationis suspicionem fuere, quos idcirco Otto Episcopus in custodiam traxit; nec adduci potuit, ut aut liberos dimitteret, aut unquam Monasterium illud inviseret. Conventus subinde in Hornensi ad Luppiam castro inter Adolphum Marcanum Comitem & Ottonem Episcopum habitus, in quo de publica pace actum, & omnium restitutio Ottoni Episcopo decreta est; nec ramen severius quid in prædones statutum: Tandem Hammonæ totius Westphaliæ conventus est habitus, in quo per Legatos Friderici Archiepiscopi Colonienfis, Roberti Paderbornensis, Ottonis Monasteriensis, & Theodorici Osnabrugensis Episcoporum pax publica Westphaliæ sancita est. Convenere in hanc fœderationem Adolphus Dux Cliviæ, & Marcanus Comes, multique Westphaliæ primores. Quo in conventu cum Steckii nobiles ob prædas per diœcesin Monasteriensem actas mille florenorum multa damnati sint, tum omnium voce in prædonum capita conspiratum est. His inter Episcopos ad communem Westphaliæ incolumitatem transactis, Otto Hojanus Monasteriensis Episcopus, cum jam a Bonifacio Pontifice confirmatio accessisset, solenni procerum & nobilium comitatu septus, Monasteriensem urbem ingreditur; inauguratusque magna omnium gratulatione, & concordia ordinum, gubernationem diœcesis cepit, biennio abhinc Joannem fratrem fortitus Paderbornensem Episcopum nostrum.

Harmonæ pax publica totius Westphaliæ concessit.

## Annus Christi 1393.

Bonifacii IX. Pont. 4. Wenceslai Reg. 16.

Roberti Ep. Pad. 5.

Altero dehinc anno Episcopi ac proceres Westphaliæ, qui Hammonæ in commune pacis fœdus convenerant, ad firmandam animorum concordiam, sacrum etiam fœdus, societatemque Rosarii sub patrocinio Deiparæ Virginis iniere; constitutumque ut singuli vel aureum vel argenteum e collo suspensum Rosarium gestarent, quotquot in id sodalitiū admitti vellent. Convenere autem in hanc cultus B. Virginis societatem Fridericus Colonienfis Ar-

chiepiscopus, Otto Monasteriensis, Robertus Paderbornensis Episcopus nostrus, Adolphus Cliviæ, & Marchiæ Comes, Adolphus & Theodoricus filii ejusdem, Theodoricus Dinslacenfis, Adolphi frater, Fridericus Meurfæ Comes, Reinerus Falckenbergius, Godefridus Dalenbrochius, Loffæ & Heinsbergæ regulus, aliique per inferiorem Rheni provinciam & Westphaliā Comites ac proceres. Is tum Virginis cultus: ea majorum pietas etiam inter tur-

R r 2

bulen-

Henrici Wolfii Ep. Monast. mors & reliqua gesta. Chr. Monast. Kerfener. in Episc.

Et succedit Otto Hojanus Comes.

Qui a prædonibus in via spoliatur.

Tschernach p. 2. pag. 251. Gerhardus ad Horne. Societas S. Rosarii, cui adscribuntur plures primarii e Westphalia Nobiles.



bulentissima bellorum tempora florebat, publica etiam Rosarii quotidie recitati professione.

Fœdus a pluribus principibus auctoritate Roberti Ep. Paderbornensis in Teſchmach p. 2. pag. 254. Serrarius in Mogunt. hiſtor. Gobelin. at. 6. c. 83

Haud minus illustre fœdus, quod sub exitum hujus anni Tremonia Fridericus Coloniensis Archiepiſcopus, Conradus Moguntinus Archiepiſcopus, qui anno 1388 Adolpho Naſſovio in cathedra illa ſubrogatus erat, Robertus Paderbornensis Epifcopus noſter, Balthaſar Thuringia Landgravius, & Miſnia Marchio, Otto Dux Brunſwicensis, & Hermannus Haſſia Landgravius conſignatis publice tabulis iniere. Auſtor horum fœderum cum primis Robertus Epifcopus noſter, quem Gobelinus noſter ſcribit, certos Principes, Epifcopos ac nobiles per Weſtphaliam, Saxoniam, Haſſiamque ad plurima pacis fœdera in duodecim annos pacta ſua ſollicitudine & auctoritate induxiſſe, quibus ſeveris pœnis in violatores animadverteretur. Cujus ſcriptoris fides vel eo probator eſſe debet, quod eo Epifcopo ſacerdos Paderborna vixerit, ſcripſeritque res geſtas ſuorum temporum. Princeps enim erat, ut idem auſtor retulit, qui terrori omnibus latronibus erat & prædonibus; quique generis claritudine, & fama virtutis omnium Principum animos per Weſtphaliam & Saxoniam occuparat.

Et Robertus Epifcopus, quo amicitiam concordiamque ſtabiliret cum Bodone Corbeienſium Abbate, comprobavit acta, quibus Capitulum Paderbornenſe per interregnum ex ſingulari erga Corbeienſes favore permiſit redimere partem caſtri Beverungani, Simoni Epifcopo a Brakelenſibus

oppignoratam; eſſi ducentas quinquaginta marcas penderent, libere redirent in veterem medii caſtri domusque poſſeſſionem. Caſtrum enim illud ad Viſurgim ſoſſis, & firmiſſimæ turris ædificiorumque ex ſolido lapide ſtructura, uti modo conſpicitur, communibus Epifcopi & Abbatis Corbeienſis impenſis adverſus utriusque hoſtes erectum erat. Ac Robertus Epifcopus, qua erat æquitate, Corbeienſes non tam excludere, quam in partem deſenſionis venire voluit, quemadmodum hæc publicis tabulis feſto D. Lucia transacta ſunt.

Hunc in modum caſtro Redekenbergio, ſeu Reckenbergio, Oppidoque Wiedenbruggio præfectum impoſuit Henricum ab Ore, virum e militari genere. Seu jam loca hæc integra poſſeſſione, ſeu partita cum Epifcopo Oſnabrugenſi aut Montium Duce, ac Comite Ravensbergenſi, patreque ſuo, ut ſupra relatam eſt, tenuerit.

His licet vicinorum fœderibus ſe ſuamque diceceſin firmaret Robertus Epifcopus; non tamen quievere Paderbergenſes Dynaſtæ prædonesque, ſimul Waldecenſem Comitatum, ſimul Paderbornenſem diceceſin infeſtando ſpoliis & incurſionibus; interceptumque Wilhelmum Hochverkorum, virum ingenium ac militarem, ex ſurca ſuſpenderunt. Quod facinus tantos vicinorum motus dedit, & tot conſpirantium arma traxit in toparchiam Paderbergenſem, ut nec in villis, nec in clauſtris religioſorum hominum, nec pagis circum ullius fortunæ vitæque parcitum ſit.

## Annus Chriſti 1394.

Bonifacii IX. Pont. 5. Wenceslai Reg. 17.

Roberti Ep. Pad. 6.

Monnmen- ta Bredelar Canobii. Oppidum Caſtrumque Paderbergenſe obliſcitur.

Sed parum hac vaſtitate actum cenſuere vicini Epifcopi & Comites, niſi ipſum Paderbergenſium caſtrum oppidumque, prædonum receptacula, everterent. Quapropter anno hoc ſequenti Fridericus Coloniensis Archiepiſcopus, Robertus Paderbornensis Epifcopus Comes Waldecenſis, ceterique fœderati Principes, ſubmiſſis auxiliariis copiis, Caſtrum Paderbergenſe 5. Junii, quo feſtus D. Bonifacii dies agebatur,

obſidione incingunt. Ea vero dynaſtia cum circumjacentibus villis Pagisque pars eſt patrimonii Paderbornensis Ecclēſiæ, dono D. Henrici Imperatoris (uti ſupra in Meinwerco Epifcopo relatam) ſitumque eſt caſtrum Paderbergenſe in edito abrupto ad Dimolam ſtuvia monte, haud procul a celeberrimo Monte Martis, quocum natura loci & firmitate munimenti prope certabat. Igitur promotis caſtris primo oppidum, quod

Litra Ravenſis. Caſtro Reckenbergio & Wiedenbruggo præfectus Henricus ab Ore impoſuit. Monumenta Bredelariensis Canobii. Inſolentia Dynaſtarum Paderbergenſium

In cujus obſidione Robertus Ep. peſte extinguitur.

Eniſ iſtus virtute & præclaris naturæ dotibus.



quod in valle castro subiectum erat expugnant, injectisque ignibus magnam partem absumunt. Restabat ipsum castrum, in quod se Padbergii fratres cum prædonum turma receperant, confisi arcis munitissima præsidio; eoque expugnatio difficilis, & magni laboris opus se objiciebat in præfens. Nec ob hæc Robertus, qui exercitui præerat, abjecit animum; castraque circumponi iussit, admotisque propius machinis tentari, non desiturus priusquam perfidos & perduelles Padbergios, quorum cum Friderico tres alii fratres, Johannes, Hermannus, & Gotfchalvus produntur, subegisset. Verum dum ea obsidio protrahitur, peste per castra serpere cœpit; qua Robertus Episcopus xxviii Junii extinguitur; haud dissimili fato, quo Simon Episcopus Roberti antecessor in obsidione arcis Brobeckianæ telo confossus interiit. Examine Roberti corpus Paderbornam mæsto militum comitatu deportatum, majorique cleri populique planctu ante altare S. Crucis, quod Choro Basilicæ præstructum erat, honorifico tumulo inclusum, Ossâ etiâ nostra memoria, cum Theodorus Adolphus chori gradus porrigeret, reperta integra, caputque rubro nativoque adhuc capillo intactum. Non facile Episcopus Paderbornensis inter superiores, cuius mors tot lacrymis defleta, sicut Gobelinus scribit; tanta ope erexerat omnium animos, restituendi dicecesin in pristinum florentemque statum; non tam natalium Ducumque Juliæ, Gelriæ & Montium, ex quorum familia erat, subnixus præsidii, quam illustrium virtutum aspectu. Quippe Princeps exporrecti præcelsique ingenii, animi supra ætatem virilis, vitæ integerrima, publici boni pacisque amantissimus, clero populoque percarus, nulli reprehensioni, quod rari est Principis, obnoxius. Quamquam nondum per ætatem sacerdos & Episcopus consecratus, & bonum Principem magis, quam Episcopum promittere visus est.

Morte Roberti Episcopi vulgata, Padbergii multo insolentiores ferocioresque. Quippe collectis prædonum focus, nunc dicecesin Paderbornensem, nunc Comitatum Waldecensem incurfare, & quaqua versum late atque impune prædis grassari; quod sublato ca-

pite, nemo repertus in dicecesi, qui furiosæ huic factioni hominum sese cum imperio objiceret.

Per id tempus multo insolentius grassabatur per dicecesin Osnabrugensem & Monasteriensem Nicolaus Comes Teclenburgicus, homo ferox atque impius nulloque discrimine sæviebat rapinis, incendiis, & omni genere injuriarum in oppidanos, agricolas, religiosos, & Ecclesiastici ordinis viros. Citarat hunc Theodoricus Osnabrugensis Episcopus per advocatos & publicos legum ministros ad iudicium liberum, quod occultum vemicumque appellant Westphali; Ac is tum quidem, cum nulla sponderet, ab Henrico Monasteriensi Episcopo in publicum iudicium introductus, ejusque patrocínio liberatus est. Verum cum haud multo post ad ingenium rediret, cinctusque magna nobilium Castrensi-um, & Ministerialium turba exitium Osnabrugensi urbi & dicecesi intentaret; Theodoricus Osnabrugensis Episcopus arma cum Otone Episcopo Monasteriensi ex superiori federe conjunxit; utroque se in hanc armorum societatem dedit urbs Monasteriensis & Osnabrugensis.

Milite igitur in campum educto, Episcopi primum Cloppenburgum in Embslandia Comitatus castrum prædonumque perfugium aggressi expugnant, partitaque inter se possessione castri atque oppidi, uterque præfectum imponit. Inde Oitam oppidum ad Frisiæ fines adorti, longe difficiliore opere demum ad deditionem compellunt, Comitique eripiunt. Cessit post, facta inter Episcopos transactione, Cloppenburgum Monasteriensi, Oitæ Osnabrugensi Episcopo. Hac jactura bonorum primum multatus Teclenburgicus. Tanta vero inter belligerantes fuit exacerbatio, ut capti utrimque sine commiseratione injectis in colum laqueis e proxima quercu suspenderentur. Quæ tamen ad superiorem annum gesta referri malim.

Otto quantumvis bellicosus Princeps, armis illa necessitate & injuria vicinorum Comitumque expressis, florentem tamen non minus cultu religionis Ecclesiam suam habuit. Quam in rem

Episcopi  
Monast. &  
Osnabrug.  
per Dicecesin  
sue suas  
grassantem  
Comitem  
Teclenburgensem  
armis domant.

Otonis Ep.  
Monast.  
studium  
promoven-  
di discipli-

In cuius  
obsidione  
Robertus  
Ep. peste  
extingui-  
tur.

Eius laus a  
virtute &  
preclaris  
natura do-  
tibus.

Littera  
Ravimb.  
Castro Re-  
ckenbergio  
& Widen-  
brugo præ-  
fectus Hen-  
ricus ab  
Ohr impo-  
nitur.  
Monumen-  
ta Bredela-  
riensis Ca-  
nobii.  
Insolentia  
Dynasta-  
rum Pad-  
bergenfium



nam Eccle-  
siasticam.  
Synodi Mo-  
nast.

rena sub exordia Episcopatus superiori anno synodum indixit, in qua præclaris statutis disciplinæ cleri populique consuluit, uti hæc relata extant inter acta synodorum Monasteriensium.

Initia Col-  
legii Cano-  
nicorum  
Regularium,  
Vrendeswede  
dicti, in Co-  
mitatu  
Benthemensi.

Ad cleri deinde pietatem, veteremque religionis formam instaurandam, recepit hoc anno intra dicecesin suam Collegium Canonicorum Regularium, quod prope Northornium Oppidum in comitatu Benthemensi sua exordia sumpsit; nemus B. Virginis dixere, vulgo vero Vrendeswede appellatum, Auctor pii hujus operis ex instituto Gerhardi M. & Florentii Daventriensis sacerdotis, Everhardus ab Eza Parocho in Almelo, adjuvante Henrico Parocho Schuttorpiensi, & Bernardo Benthemensi Comite. Hi collatis in unum bonis suis domicilium religiosum ædemque sacram erexere in prædio EVELDING a se empto, traductisque eo sacerdotibus & Clericis, qui in Almelo sub Parocho religiosam vitam egerant; fueruntque Henricus Kindeshonig, Herpo de Lippia, Hermannus Plettenbergius,

Joannes de Juliaco, quibus nomine Prioris præstitutus est Plettenbergius. Hi sex annis vixere sub obedientia Ottonis Episcopi, a cujus suffraganeo Episcopo Wernero Ordinis D. Francisci ædes hæc festo D. Thomæ consecrata est. Septimo abhinc anno congregationi Windesheimensi Canonicorum Regularium se conjungere, impositusque illi moderator Prioris nomine Henricus Læderus, patria Osnabrugensis, vir eximia religione, doctrina, & fervore in excolendis Cleri populique moribus, quem ob id Westphaliæ, Frisiæ & Saxoniam Apostolum dixere. Eo præside mirifice crevit congregatio illa piorum donationibus ac bonis; ac brevi florentissimum Collegium apparuit, meruitque Paradisus Westphaliæ appellari. Uti vero ordo hic partim sacerdotum Ecclesiasticorum, partim Canonicorum Regularium, per quem collapsus tum Cleri ordo restaurabatur, ab Ottone in Monasteriensem, & ab Episcopis nostris in hanc dicecesin introductus sit, tempori memorabitur.



ANNA-